

HAN
1058




R.5315

H- 46471
F- 46354

MAN.
1058





Notitia Utriusque Vasconiae tum Ibericae. tum Aquitanicae

Qua. praeter Situm Regionis.
& alia scitu digna. Navarra Regnum. Coeterarumq; in ijs
insignius Vetustate. & Dignitate Familiarum Stem-
mata. ex probatis Authoribus. & vetustis Mo-
numentis exhibentur

Authore Arnaldo Oihenarto Mauleonensi
Parisijs. Anno. 1638

Notitia Utriusque Vasconiae liber Primus Praefatio summam Operis continens

Vasconum nomen celebre olim in Hispania Citeriore fuit. Hi bello & militia
clari cum Anibalez expugnata Sagunto Victores in Italiam sequuti fuissent.
& sub eius signis diu adversus Romanos strenue militassent. interiecto tem-
pore contra eumdem. et Cartaginenses utriusque Hispaniae inhiantes. uno cum
reliquis Citerioris populis Romanos sibi Societate & amicitia coniunxerunt.
in qua ipsi deinceps constantissime perstiterunt. cum olim passim gentes mu-
tati consilio a fide discederent. Romanorumq; eatenus Armis & maleficijs lace-
rarent. quoad ab ipsis vincerentur. Gothijs postea. in Romanorum locum suc-
cedentibus & universa Provincia ab ijs occupata. & velut sub iugum missa
ipsi nihilominus libertatem suam egregie propugnarent. suas vero fines ita
tutati sunt. ut etiam illatis ultra bellis. in proximas Autigonum. Caristorum.
Vardulorum. & Aquitanorum sedes profunderent. Saracenos demique Hispani-
am eorum innumerabilibus copiis ingressos. & fustis Pylis Gotsijs. undecumq; gra-
tes non modo sustinuerunt. sed etiam eisdem bello aditi. Ducibus sine Re-
gibus Pompelonensibus. sine Aragonie Principibus. ita continuis Pylis &
multiplicatis stragibus. per quadraginta arduos annos fregere. ut soli una
cum Cantabris atq; Asturibus. qui eadem sub Regibus Legionensibus. alia ex parte
gestabant. liberata Hispania autpotes dici possint. Huius gentis res domi foisq;
gestas exponere cum difficile sit. eo quod nulla extant de illis conscripta vetera
Monumenta. Summa tamen aliqua tradenda est. tum congestis iis quae apud
peregrinos Authores de eadem sparsa leguntur. cum descriptis Principibus in ea Fa-
miliarum Stemmatis. quatenus ea vel ex publicis Tabularijs. aut ex privatis
Optimatus aliquot serinijs eruere licuit

Qui Vasconum nomine Comprehendantur. Cap. 1

Vasconum nomine sic comprehendimus. etiam eos quos vulgo Cantabros vocant
iam enim obtinuit usus. non in scholis solum inter Grammaticos. sed etiam in pu-
bliciis litterarum monumentis. apud celeberrimos nostrae & superioris aetatis scriptores
e quibus Jovius. Sallius. & Josephus Scaligerus. Thuanus. Ferronus. Florianus
Ocampo. Petrus Martyr. M. Petrus. & Marianus nominare libuit. ut quos
Galli. Bascos, seu Biscainos. Hispani Vasconagos appellant (sunt proprie va-
cones.) Cantabrum latine dicebantur. eorumque lingua quae his Vasconice, illis Basca
aut Biscaina est, multum a communi aliorum Galliae atque Hispaniae populo
sermone discrepat. pro Cantabrica habebatur. ideo fore quod Cantabrum vicini
& ut ab alijs Vasconibus distinguerentur. qui in illa Aquitaniae parte. quae
antiquis Novempopulania erat collocata. hodie. Levi litterae. V. in. G. mutatione
Aquitanis admodum familiari. Garcones nuncupantur. Constat tamen a
niano. Martyre. Mariane. alijsque Hispanicis veteribus scriptoribus. non omnes
proorsus. qui ea lingua utuntur. quae ipsis Cantabrica est. Cantabrorum no-
mine comprehendi. sed eos duntaxat qui multis ab hinc annis Castellae Regni
contibuti Biscayni. Alavenses. & Ipuscoates dicuntur. At Ambrosius
lib. 8. c. 53. lib. 11. c. 63. & alibi parim Cantabrias proorsus cum Biscaya
fundit. Luci vero Tudenti. qui et ipse Hispanus scriptor circa annum Christi
1230. florebat. Cantabrum sunt y Populi. qui Regibus Pompelonensibus sub
Navarri vulgo dicti. quorum Regio magna ex parte veteri Vasconia res
ipsos vero Pompilonenses Reges. non alio fere nomine. quae Cantabrien-
aut Cantabriae Regis indigerat. Cuius sententiae accessisse videtur Prudentius
Sandovallius in Catalogo Episcoporum Pompelonensium. dum Pompelonem
facit Metropolim Cantabrie. hanc quoque Oceano. Piryney Montibus. Iberia
Aragone. aut Gallico omnibus desinit. quantum autem de Regionibus a veteri
Cantabria absint. capite sequenti innotescet.

Variae Cantabriae Descriptiones a Recentioribus allatae rejiciuntur. Cap. 2

Cantabria a recentioribus varie describitur. alijs alios fines ei assignantibus
Florianus Ocampo lib. 4. c. 3. putat hoc nomine comprehensos esse Biscaynos
Alavenses. & qui sine totum illum tractum. qui ad Lucronium Riose oppidum pertinet
incolunt. ubi etiam extare ait. hactenus Cantabrie nomine vias in edis
qui huic Regioni nomen dederit. Florianus sequitur Garibayus lib. 6. c. 27. ut
praeter iam dictas Pironeas & Montanas Regiones illis adiacentes
Cantabrie ascribit. Huic suffragantur Mariana. Ludovicus Nonius. Ambrosius
Lazarus alijs non pauci. Prudentius Sandovallius in commentario veteris
nasterii Sanchi Aemiliani a se edito fol. 66. his verbis illas describit. La
ra de Cantabria llegaba hasta los Montes Virgidios, donde estan el Moner

de San Millan. y bolbia por Oranon hasta la villa de Cerco. y de alli se iba a
Treviño. desuete lo Logroño q fue cabeca desta Provincia. Claviso. Albelda. Bi
guera. Najara. y otros lugares estaban en las entrañas de Cantabria. una parte se
llama agora Rioja. y antiguamente Ruconia. in quo sequitur et Rodericus Toleta
nus. & Lucas Tudentis. qui Cantabru nomine Riojam potissimum & urconiec
tas Regiones intelligunt. Idem Sandwallius parum sibi constans. in Vita Belgij
Regis pag. 85. de Cantabria verba faciens. Sed habet. Et no es como algunos pen
saron Logroño. ni Navarra. ni Rioja. sino las Montañas de Santillana. Val de Bu
non. de la S. Vicente de la Barquera. hasta Mier y Trasmiera. bajando por el Rio
Esla. hasta adonde agora es Saagron y Camion. y era la cabeca donde residia el q
tenia en honor y gobierno esta tierra la ciudad de Lea q era grande y fuerte de
de q los Romanos. fueron señores de España. Joannes de Puento in eo libro. cui
Titulus est. De la conveniencia de las dos Monarchias lib. 3. c. 23. Cantabria
continet vult ppter Ipuscos. Alavas Biscayas & Riojas. Asturias de Santil
lana dictas. usq ad locu cui nomen Uanes. & quidquid terrarum ab Ibero amne
ad Montes Iubedas interiacet. Nos etsi certus Cantabru situs representare
usq quaq haud possumus. affirmare tamen audemus maximos illos in errore ver
sari. qui ipsas eisdem cum Biscaya. Alava. Rioja & Ipuscoa finibus circumscribunt.
quarum ne ulla quidez vlli illius parti annumeranda est. q veteruz Geographo
rum ptes in Ptolomei. Mela. & Plinij libros legendibus pallas fiet. Nam Ptole
meus Septentrionale Hispanie latus describens. pmos ab orasu ponit Artabros &
iuxta hos ad ortus Astures. mox Cantabros. deinde Astigones atq Caribos. &
tandem Bardulos in confinio Gallie. A Ptolomeo stant Mela. & Plinius. nisi
q uterq Orbis ac Caristos sub Bardulis videtur comprehendere. q si Can
tabros admittimus in Biscaya. Alava & Ipuscoa. que ultime gentes a parte
Pirenei claudunt Hispanias. ubi terrarum sedes suas accipient Astigones. Caristi. et
Barduli. quas inter Cantabros & Pirenei iugi Promontorium obtinere debuerant?
Terre si veruz attendimus Ipuscoates. & Alavenses. Bardulis. & Caristis. at Bi
cainos & Buribentes. Astigonibus. Riojanos deniq Beronibus respondere con
veniemus. Nam primo ut a Ipuscoatibus & Biscainis ordiamur. Deriaz flu
vius per Ipuscoas labi nemo est qui nesciat. at eius Ostia Ptolomeus in Caristis
ponit. Mela autez hunc amnem Tutius Tobolicus Bardulorum oppidum (quod
h. cocus Mondragon esse putat. attingere affirmat. Idem Ptolomeus Ostia fluvij
Neris. vel Nerbe (utramq enim lectiones reperio in exemplaribus editis) ad Aus
tigones fines trahit. eundemq per Astigones & Ougeonones descendere. Mela
aut hoc est. sed hunc amnem ipsummet esse. qui per Bilbao & Portugales Bi
cainis oppida fluens non procul inde Oceanus infunditur. ne ij quidez negant
quorum sententias hic oppugnamus. e quibus Flavianus lib. 2. c. 2. & Andreas Boia
illius Regionis incolu. in eo tractatu. cui De las antiguas Poblaciones de España
Titulus fuit. Florianus quoq. Jacobus Galdastus. Garibanus. Josephus Molelius.

Donde era Cantabria

4. Tarrasa atq. Morales. Flaviobrigaz. quaz Tholomeus in Austigonibus. Plinius
Bardulis collat. in Biscia statuent. putantq. fuisse ubi nunc Bilbao. vel Berona
vibes sitz sunt. Ut autez q. de Biscia & Lusioa diximus, idipsuz & Alava pronun-
ciamus. multz movemur rationibus. nana & hęc Regio in Bardulis erat (Bardylis
& Bardiali vocantur Straboni.) quoruz fines etiaz ultoruz versuz meridiez & occi-
dentez processisse Alava. quemadmoduz & Caristoruz, ita ut proxima Pompelone
is ~~is~~ ditionis loca contingerent, patet ex eo q. Tholomeus Tullonius & Titius
Tubolicus Barduloruz civitatez in eodez gradu latitudinis. euz Pompelone locat
& q. author itinerarij Antonino tributa, Asturica Burdegalaz potentibus inter Vi-
vetaz. quz adhuc nomen retinet in Regione Bureba. & Pompilonez. post Vind-
iaz & Neovigaz Astigonuz Vibes. post Belezaz item & Suessatuz (quod Tholo-
mei Suessatuz esse asserat Curita notis in itinerariuz.) Caristoruz oppida Tull-
nius & Alabaz Barduloruz civitates in itinere ostendit. 4) tantuz milliaribus
pasuz Pompilone distantes. quz duodecim leucas nostras si equant vix censē fuis-
sent. Unde manifestuz sit Sanchi Vincentij & Legardis oppida. quz non ita prude-
Navarre Regibus suberant. in Bardulis olim constitte. aut Saltez sub Caristis
ter quos et Cantabros etiaz ex hac parte interpositi erant Astigones (Al-
ge ut videtur, dicti Straboni) late ultra citraque Iberiaz effusi. Horum ubi
Virovesca nunc. 50. circiter milliaribus pasuz a finibz Alavę. distat occiden-
versuz. unde antequaz ad Cantabros perveniatur. occurrit cursuz Titius. a
Barduloruz oppiduz. teste Plinio. 11. mil. pas. a Virovesca distans. diversuz
Titio Tobollico. q. in Bardulis Dery flumini insidere docuimus ex Alala & Tho-
lomeo. licet utruq. confundat Curita. diversuz etiaz a Titio Metallo. q. inter Ber-
onuz vibes nominat Tholomeus. Deniq. ne vel in Rioja Cantabros consistere
ciamur. prohibent Strabo & Tholomeus. duz ille Cantabros Coniscos Veronibz fi-
timos esse testatur. sic autem Austigonibz ad merides statim Berones subijcit
quoruz vibes Variaz ad traiectuz iberi amnis sitaz Lucronius esse existimat
zales. at Garibainz & Curita Vareaz vicuz modicos a Lucronio intervallo situz
Aliaz eiusdez genis vibes Titius Metallus nomine Nasaraz esse vellent Sam-
Pyru Asturecensij. Rodericuz Toletanus. Lucas Tudensij. aliq. Navarricorum
veruz scriptores. Curita autez notis ad itinerariuz. manere adhuc Titij nomi-
nico iuxta Nasaraz. assermat. At qui euz hęc tua oppida. Lucronius Vareaz
& Nasaraz, hodie Rioja possideat. vna uoz circumiectis vicis atq. agris Bure-
baz versuz. quis tam cecus qui non videat. Cantabroruz fines. multos olim mille-
ribz ab Alava & Rioja abuisse? quod autez Florianus atq. euz secuti Garibainz
Sandovalliuz et alij pleriq. Cantabriz vibez. caput genis. in ora Iberi am-
nis. non procul a Lucronio sitaz fuisse. arbitrantur. nomenq. adhuc servare locuz
ubi condita erat. in edito Colle assermant. nihil hoc ad veteres Cantabriz perti-
net. euz nullus autor. antiquus aut medians etatis. huiusmodi Vibiz meminere. eoz
ex his. quz iam diximus. Lucronij sedes olim in Beronuz & Vasconuz con-
fines existisse

Vera Cantabria Descripsio Proponitur. Cap. 3

Cum ibi ab ortu inciperent sedes Cantabrorum. ubi desinebat Regio Autrigonium, non puto multum à verò aberrabimus, si Cantabrie initium in eo tractu qui a Villa Franca Montium de Oca dicta. ad portum Laredo nomine. in Oceani Cantabrice littore possit exiit, statuamus. distat enim Villa Franca duabus tantum leucis Virobescæ Autrigonum oppido. Laredo autem quatuor circiter leucis recedit à Nesua eiusdem gentis fluvio. Ad occidentem verò Cantabrie finem non vico Sancti Juliani. ut Sandevallium. neq. portu Flane. nuncupato. ut Janus à Ponte. neq. deniq. Salia flumine (vulgo Rio de Sella) ut voluisse videtur Fiedemandus Pithianus. nobis in Mellaz. fignus ut putat auctoritate ipsius Melæ & Plinij. sed ulterius astuano Maus. Luarca dicto. & spatio illo terrarum. quod inde ad locum. qui terra de Vierco dicitur. & Montes contiguos. tendit. A Luarca enim ad flumem illum qui in confinio Asturie atq. Gallie. Castipolij & Ribadei oppida interfluit. sex circiter leucarum est intervallum. quæ fluvius Melus Strabonis esse arbitramur. cui aut. alius in ea regione currat. cui melius verba Strabonis conveniant. à Melso autem Asturie flumine parum distare Noegas Urbes. & in propinquum esse Oceani æstuarium. q. Astures à Cantabris dividit. auctor est idem Strabo. Porro è Montibus illis. qui terras de Vierco circumstant. oritur Silus fluvius qui cum Minij aqua augeat. inter eius fontes censeri potest. q. si quæ subeat mirari Cantabrie fines à nobis tam late ad occidentem porrigi. perpendat velim a Possidonio. apud Strabonem lib. 3. Caput Minij amnis ad Cantabros defertur. ab Orosio quoq. lib. 6. c. 2. Medullium montem. qui ad eandem gentem pertinet. Minij aquam annethi. q. nisi de Silo intelligas. qui nacenti Minio miscetur. producendi erunt occidentem versus. adhuc multo latius veteris Cantabrie fines. ad intimam usq. Gallie. ubi hodie Minij fontes exsistere nemo est qui nesciat. At Septentrione alterum Cantabrie latum excipiebat Oceanus. alterum verò ad meridies descendebat in planas Regiones. quæ Montibus Ovetanis subiecta est. atq. per agros Legionenses. & pagus illud. Vbi nunc terra de Campos est. Legionem urbem & Taccis ac Turmodigis populis ad dexteram relictis. penetrans ad Dubeda Mons perveniebat ad proxima Beronibus loca. quibus locus. referente Strabone habitabant olim Cantabri Coxici. aut Coniaci dicti. nisi Concanos legere malis. apud Strabonem cui Delrio nobis in Hypolitus Senecæ. quin & ulterius ex hac parte processerit Cantabros ad confinia scilicet Intercasis. Telæ. & Pintæ Urbium. quæ Baeco cui gentis erant. conjicere quis possit. ex eo. q. auctor itinerarij Antonij Austurica Cæsar Augustus per Cantabrias iter facturus. per ea oppida ducit. Coeterum in ea Glanthe. ubi nunc est terra dicta de Campos. sita erat Atmaya urbs Cantabrie. tempore Gothorum Regum. non ignobilis vel potius Atx putanda. ut ex Chronico Joannis Biclarenis colligere licet. nec procul inde tempore Romanorum Camanica alia eiusdem Regionis. urbs siquidem. ut sentit Cuata. eadem est cum Camala. quæ auctor itinerarij. in itinere q. à Virobescæ Legionem tendit.

6
collocat. Alias propterea Urbes in Cantabria memorat Ptolomeus. Contanz, Oltavio-
cas. Augonmesuz. Vadiniuz, Vellicaz (hæc Belgica et Orosio lib. 6. c. 2. Jullobri-
gaz. & Morocaz. quib' Strabo lib. 3. ex Asclepiade Meriano addit Opsisellaz à La-
conibus. ut credit. Conditaz, q' miror Ludovicuz Nonius. c. 44. sup' Hispaniæ. Jullobri-
gæ tribuere, contra Strabonis auctoritatem. quam nihilominus eo loco visus pat-
Aracilli etiaz oppidi meminere Florus lib. 4. c. 12. & Orosius ubi supra, quod sem-
pore belli Cantabru ab Augusto Cesare captus atq' dirutus est. Urbem deniq'
Maritimaz Noegacæsi nomine designat Ptolomeus cuius nomen licet a vulgari
editionib' latini Ptolomei absit, extat tamen in manuscripto exemplari græco Bi-
bliothecæ Regiæ Parisiensis. Portus insuper Cantabroruz nomine Victoruz Julio
brigenziuz celebrat Plinius. 40. mil. passuz. à Fontibus Iberi distantes. idem au-
tor lib. 3. c. 3. quatuor tantuz populos Cantabriæ agnoscat. è quibus solos memorat
Julobricentes. Jullobrigaz Garibaiuz lib. 6. c. 22. & H. Coquy in Tabula Hispaniæ.
putant fuisse in ea Regione. ubi nunc est Aguilar de Campo. quoruz sententia
michi nequaquam aspernenda videtur. cuz non multuz hic locus distet à fontibus
Iberi. quez Plinius lib. 3. c. 3. non procul à Jullobriga oriri ait. ac de cetero in arena pla-
nitæ iaceat. Andreas tamen Poca libro. quem de antiquo idiomate Hispanoruz scripsit
Santander oppiduz in Oceani littore situs esse mavult. At ego eo loci non tam Jullobri-
gaz ipsaz possitam fuisse existimo. quaz portus Victoruz Jullobrigenziuz. quez 30.
mil. pas. distare ab Iberi fontibus observat Plinius. Ceteruz omni prorsuz ratione
carent. qui Jullobrigaz cum Leonis Vasconuz oppido confundunt. cuz multis millia-
ribus hic locus distet à Vetere Cantabria. & ab Iberi fontibus. Celebrat etiaz Plinius
fluvius Cantabroruz Sadam. vel Sangaz. quez eundez cuz Salia Melæ esse per-
sumit et Pintiano. Saliam autem ipsummet esse. qui hodie Sella indigenis dicitur
arbitratur Morales lib. 13. c. 2. Plures itidez fluvios in hac Regione agnosuit
à quibus tamen nominandis abstinet. eo q' nostro. ut ait. ut ex latino ore concipi
nequeant. nisi quod obiter Sauri meminit. q' propter Cantabros Sallenos etiaz ab
re testatur. hic forsaz et. qui hodie Pisuerga Hispanis dicitur. & à Salenis popu-
mansisse videtur nomen Saldaniæ Urbi ea Regione

Quibus locis Bellum contra Cantabros ab Augusto.
et eius legatis gestum sit. Cap. 4

Expósito situ Cantabriæ. quantuz in tam obruta vetustatis calligine facere licuit
opere preteritus factuz videmur. si qua parte Belluz Cantabricuz olim ab Augusto
Cesare gestuz fuerit excusiamus. sunt enim variz hæc de re auctoruz sententiz
quaruz pleruz quia luy us quez capiti superiora asseruimus. pugnant. nuere illa
necesse est. nisi hæc convellantur. Carolus Navaræ Princeps Belluz Cantab-
ruz scribit fuisse gotuz in Navarra. inter Eulatez scilicet & Americoz. non
ge' a Peralta vico. hunc sequitur Petrus Ant. Beuthouy lib. 1. c. 23. sed quez
admoduz hæc opinio nullo nititur veruz histoz fundamento. Sic toto celo aber-
rat Garibaiuz lib. 7. c. 27. ubi illud ad Ipuscoz Patiaz suas trahit. ductuz a fi-
nitate Vocuz Viny. vel Vindij. Medulij seu Eudulij. Segisame & Aracilli

quæ in huius belli narratione, occurrunt, eorum nomina, Hurnio, vel Hornio, Mendu-
ria, Beincama, & Arrexil, quæ etiam nunc in Ipuscoa durant, quanquam, ut verum
fatear, garibaini huius sententiæ non tam author, quæ comprobator fuit, illæ enim
iæ ante traditæ, referuntur à quodam Nobili Ipuscoate, in libello edito cui titulus, Reco-
pilacion de cosas de Ipuscoa, his verbis, Oy dia se ven vestigios en lo may alla llama-
do Aldaba, & así se ve y en dia en munga distancia q cae ldo cerca Beincama
donde Octavianus asentó su Real, & aviendo expugnado el lugar de Regil los Canta-
bros subieron ala Montaña Hurnio, q agora llaman Ernio, Et paulo post. Hace se
mençion de Beincama y Hurnistil, basta oy se tienen sus nombres, & del Monte de
Medulia, q agora se llama Maduria, & de Hurnio, llamado como se dice Hurnio, de
los quales hizo mençion Nubense, & ldo ello cae en Guipuscoa, casi en medio della.
Sed amabo, quantum abijt per Vindij, ab Ernio, Meduly, à Maduria, Segisama à
Beincama, et Arrexil, à Rexil. Deinde cum Medullius Montis Minio flumini in
meridie dicat Orosius, quomodo hoc Maduriæ Ipuscoæ Monti convenire potest qui
sich ad mirimus dierum iter à Minio distat? certe cum ex Dione, Floro & Orosio,
perspicuus sit, hoc bellum in ipsa Cantabria gestum esse, ne quicquam huius autorem ad
Ipuscoas, quæ ad Badulos expectat, ira fuit, ut inde surgenti magnanimitati fa-
maz consentient, huius multo sententia Morali videtur, qui lib. 3. c. 5). nonnullis
bellum hoc ac potius bella à legatis Augusti facta fuisse circa Oppidum Gison & val-
lez de Coraco dictas, non procul à Monasterio Divæ Mariæ Covadongæ colligit ex ve-
ribus sepulchris & inscripçionibus, quæ non ita prodeh ijs locis extabant, quanquam
ne quid distimulet, non tam contra Cantabros, quæ contra Astures ibi dimicatum
putat, ideo scilicet, quia utriusq; locus in Regione Asturiz, uti nunc, sic olim fuisse
existimat, cuius tamen contrarius ex ijs quæ supra attingimus, clarè elucet.
Nunc ut de Vinio & de Medullio Montibus aliquid dicamus, Vinnius quicquid
inter veteres scriptores Ptholomeus, inter recentiores vero Florianus, Coquus, &
Poca, in Medio Asturiz collocant, ubi Montes per ceteros Hispaniz in immen-
sas altitudines exurgere notant Morales & Sandwallius, Utriusq; verba dig-
na sunt, quæ hic referantur, Morales lib. 3. c. 2. Dos leguas pequeñas hay dos
Poblaciones de Cangas, en aquella Sierra llamada Auseva, esta la Cueva lla-
mada Covadonga, Et paulo post, está este sitio dentro de las Montañas llamadas
de Europa, à las orientales q ia son de Asturias, por q siendo estas Sierras las muy
celebradas en Castilla, con solo nombre de Montañas, por aquella parte q hier-
zan los llanos de ~~Reino de leon~~ Reino de leon, las llamaban comunmente de Europa
& parten con sus Cumbres, las Asturias de Oviedo & Santillana, Así q siemb l-
das las orientales del medio dia, del Reyno de leon, las setentrionales q van luego
à la Mar, son de ambas Asturias, & aion q no es posible dar a entender del
lido con palabras, la estrançea de aquel santo lugar, por lo fragoso de la Sierra
& por lo bravo & espantoso de la Roca, & por las grandes Maravillas q en el
se representan, a quien atentamente lo considerara, may o da via prohi-
biéndose aqui llanamente la Descupcion, se comprehendera muyto de

lo & ay en todo. Ity Sandovalius autes in eo libro. quez de Monasterio Sancti Thome
sculptit. hos Montes his verbis descripsit. La Provincia de Trevana es vna de los
Montes mas asperos de España, cuyas sierras particularmente las q llaman de
Europa a vista del Mar de San Vicente de la Parquera. parece q llegan al Cielo. Ma
manse Asturias de Santillana. o. Santa Juliana. es tierra fertil de pan Ity No tiene
grandes poblaciones de lugares. q el mayor es. la Villa de Potes. q tendra 200. vezinos.
mas ay Solares muy antiguos. de casas muy nobles de Hidalgo, & caballeros. no se sabe
q los Moros ganasen esta tierra. antes parece q no llegaron a ella. ni era posible p
su mungra asperca. & anti se conservaron en ella sus antiquissimos Moradores. & dell
Lorenzo Don Pelazo la restauracion de España. Sabiendo contra los Moros q le
acometieron por Cobadonga. tierra alli vezina. Ity in Vita Pelagij Regij pag. 8.
Por ser esta tierra tan brava (loquitur de Cantabria) & del gobierno de Fajila pa
dre de Don Pelazo. acogiose a ella D. Pelazo huyendo de Vizca. & agora se valio en
ella. levantandose contra los Moros. recogiendo los Christianos q tubieron animo
para persistir al enemigo. & se hicieron fuertes en Valdeon. & en Cobadonga
En otros Montes asperissimas donde no podian ir gruesos exercitos. Medullis
autes Montes. si in Ora Gallia: ubi constituitur. ab Orosio investiguemus. rep
quemadmodum superius ad sua Vestigia huius nominis circa terras de Vierco dictam.
& Sily: fluminis caput. q Minius ex parte componit. ut testimonio ipsius Mo
ralis constare potest. hęc enim habet in tractatu Descriptionis Hispanie fol.
46. Esta a la salida de Galicia (loquitur autes de Monte insigni qui olim Auri argen
tig arenis abundabat) En la tierra llamada del Vierco. no lejos de Vila franca. q
muy cerca del insigne Monasterio de Cerracedo de la orden de Cister. es encima de la
Ribera del Rio Sil. cuyas comarcas son muy celebradas en Plinio. por muy abundosas de
Oro. q lo es lo demas ^{llaman} aquellas Montañas de las Medullas. Minij autes nomen est
ay Sily: comprehendens fuisse a veteribus. supra diximus. nec ratione id caret
cus Minio. unde nomen anni datus testatur Justinus lib. 44) magis abundet Si
lus. quas alij Tarter. Minij amnis, teste Morale ubi supra fol. 48. his verbis. P
al Rio Minio se le dio el nombre de el Metal. o. color. q en latin se llama Minius.
los Gallegos dicen agora. q se le dio sin qacon el nombre al Rio. pues no se halla e
las Riberas el Vermellon. sino en las de otro Rio llamado el Sil. q entra en el
Lorrio. fructu sunt. qui Segisamam. ubi Augustus Cantabrias aggressurus Castra
posuit. alibi quas in Vasij quevunt. (erat hic populis vicinus Cantabris)
Naz. Segisamam. Urbes vacceon. agnosunt Polybius apud Strabones. &
Ptolemeus lib. 2. c. 6. Ity Morales lib. 2. c. 7. putat Augustus Coesares bellus
q contra Cantabros coeperat adversus Callanos aut Gallegos persecutus. per
his verbis Orosij. qui lib. 6. c. 2. Cantabris ad Vellicas & Arracillus fufis
Antistius & Firmius legatos ulterius Gallegis partes. que Montib⁹ Sylvij
& oceano terminantur. magnis gravibus bellis perdomuisse narrat. Sed
hic Orosius non de Gallegis populis. qui iam pudes paccati erant. nihilq tunc
movebant. sed de ipsismet Cantabris loqui. qui Vellica & Arracillo pulli-

ad inaccessa & precipua loca Montium sup Regionis, que ad Gallicias vergunt. con-
cesserant facile iudicaverit, qui squis verba Orosij rite expendere, precipue si eius vs
que de eodem bello scripserit Dio. atq Florus conferantur. Galliciaq autem mentio ideo in-
iecta est, ab Orosio. q totus terrarum Duricius tractus versus Septentriones & Astures.
Cantabrosq Callaicos vocabant veteres, teste Strabone lib. 3. quin & ipsos Cantabros
& Astures Gallicie partones fuisse asseruit Orosius. Ex iam dictis perspicuum esse
arbitror Cantabros veteres, maximas partes Legionensis Regni ambitu suo com-
plexas fuisse. Vtriusq scilicet Asturiaz, taz de Santillana. quas de Obiedo dictas
vna cum terra de Campos. & partes Legionensis Agri, & Castellę veteris, quibus in lo-
cis, & præsertim circa Asturias, & Cobadongas que Vindij Montis partes sunt. cum
Pelagius, prima Regni sui fundamenta iecerit. ad hanc spe, incolarum & aliorum
Christianorum, qui eo tanquam ad tutissimas Arces confugerant, videtur tandem
Cantabros vinctos, que iam a tot seculis inter mortua & quasi sepulta iacebat.
in hoc pereuntis Hispanie momento commodum revivisse

**Cantabrie nomen sub Gothicis & Sarracenis.
Riosæ attributum fuisse Cap. 5**

Non tamen istos semper finibus veteris Cantabrie, etenim cum Cesar Augustus
eos post decennale Bellum vicerit, de Montanis locis in Campertus transiit. ut
Dione & Floro liquet, quorum uterq, cum de Regione in quas translati sunt, sileat.
quidam suspicemur eos in Bætonis & Turmodigorum convalles proximas, nec non
ad ultima, desinentis Vasconie Oras, descendisse, indeq nomen Cantabrie huic tractui
communicasse. Certe non video quo oportunitate hanc gentem eferas & contumaces, tradere
potuerit Augustus, quas ad illos tres populos, quos semper paratos & fidos experti sunt. No-
mani, ut ut sit, certus est iam a tempore Gothicorum Regum, Riosas & confines agrum
ad Ibericę ripas vsq Cantabrie nomen usurpasse. Autem namq vitę Sancti Amilliani
huius nominis Monasterium in medio Riosæ positus tempore cladi Cantabrie a Leovig-
ildo Rege illius excidisse asseruit, illud exadum Sancto viro divinitus revelatum fuis-
se. B. quoq Iacophorus in commentario rerum a Rege Urbamba gestarum. hunc
Regem narrat, cum expeditione contra Vascones suscepisset, ad eos debellandos in parti-
bus Cantabrie subitisse. Rodenas, Toletanus & Turis Tudensis. Sanchio Garcię Pom-
pelonensi Rege, in illa nepoti tribuunt Cantabrie armis acquire laudes, ob partem
Naveras & Diquenas Riosę vider. Iberis quoq annis, qui Vasconiaz præterlabitur
ideoque alias Vasconis cognomen tulit, apud Prudentium in Himnas Laurentij
Achilevite & Festus Adriensis, Cantaber annis dicitur et Eulgio in Epistola ad
Vuitelinduz Pompilonensem Episcopum, indeq Garcię Pompilonensi Regi. in quo
de Diplomate. annis 46. apud Sandovalium in Hisbua Monasterij Sancti Ami-
lliani. l. 39. Quod si antiquiora tempora revolbas, unde hoc, ut Calaguritanos
qui vere Vascones erant. Juvenalis Satyra. 6. nunc Vascones, nunc Canta-
brorum nomine designet. nisi forte, ex vnius gentis circa euz tractum, cum
altera permissione. Hinc puto satisfit Flaviano. Garibos. & alijs, Cantabros

10
Vires fuisse. non procul ab Ibero, sitas contendentes. si dixerimus Ithisse quidez (sive
Vrbs. sive Atx illa fuit) sed post devictos ab Augusto Cantabros. vel ab ijsde in hanc
Oras translatis. conditas. vel (q magis crediderim) longe post intervallo tempore
a Regibus Compelonensibus. contra Saracenosque circa Iberos irruptiones. muni-
tam

Regionem Vardulorum. Autigonum & Caristorum a
Vasconibus occupatam videu. Et de Cantabrorum
varijs Cladibus — cap. 6 —

Non deerunt forte qui minus probent q Biscaynos. Alavenses & Ipuscoates stre-
nuas & belliosas gentes a Cantabris. ad iudicem perinde quasi eo ipso obscuris &
impelibus Autigonum. Caristorum & Bardulorum populis. veniant adscribendi. At
hi vero huc non mihi stat. sententia. quin potius existimo horum populorum genus
magna ex parte. una cum nomine. iam prudez excidisse. eorumq patias a gente ad
qua forti. & pugna a occupatas tempore Gothorum Regum. factenus enim stetit Ba-
dulorum nomen. (Sub quo etiam Autigones & Cario. bi comprehensos fuisse supra
docuimus) nec quod scias ullas auctoritates. Idacio etiam posterior huius populi meminit.
At quorsum inquit. si in Bardulorum sedibus. novas incolas admittere expedit.
Cantabros inde excludimus habitatione proximis. vicibus potentes. & invadendis
cuius Regionibus iam a tempore Romanorum assueti. ideo certe quia ijs bellis. quae
cum Augusto Cesare atq eius Legatis gesserit. ita totus Cantabris gentis robur inter-
it ex inde nihil unquam generatus. nihil tanta gente dignus exqui aut meditari
ausi sint. quinimo destituta suis cultoribus regio. patuit iniurijs & irruptionibus ex-
teriorum. Nec moveor varijs quorundam Ipusuentium scriptorum sermionibus. Can-
bros (cuius ~~nomen~~ gentis nomine designari se putant) Nunquam a Romanis
vicis fuisse contendentes. illius autem belli q Augustus Cesar contra eos suscepit
aleas omnes trecentorum uting. Militum certamini permissas. visbre Cantabros
efeuisse. deq eo bello ipsuzmet Augustus. v. libros edidisse. quorum adeo. si Deo placet.
Extare fragmenta in Biscaya lactant. Sunt enim hec vera vigilantium somnia.
nec alia refutatione indigent. quoz q. nullo certo auctore ex obscura ignobilium
quondam scriptorum officina procedunt. & cum ijs. quae de hoc bello ab antiquis & fide-
dignis historicis Dione. Floro. atq Drosio tradita sunt. ex diametro pugnant. q
ut clarius liqueat ipsorum verba. sic referre non pigebit. Dio itaq lib. 53. postquam
de Cantabris atq Astuibus a Carisio. & Caio Furnio. Augusti Legatis. acie victis
& in servitutes reddachis verba fecit. hec subiungit. Cantabrorum pauci viri in
hostium potestates venerunt. naz cum de libertate desperassent. vita quoq contempta
incensis munitionibus. se ipsos interfecerunt. aut omnia conflagarunt. alij publice
sumpto veneno obierunt. ita maxima ac ferocissima pars Cantabrorum perijt.
Et eodem libro. defectione eorum qui in eo bello capti. & postea dominis suis interfecti
Domus reversi fuerant. expressita. quid Agrippa sumpta in eos expeditione
gesserit. his verbis declarat. Cantabros. qui essent militum etate. omnes prop-

delevit. reliquos dearmavit. & de montanis locis in Campesies transtulit. Florus
quoq; lib. 4. c. 12. & Orosius lib. 2. c. 21. postquam de Pylio ad Belgicas factis. in quo Can-
tabri ab Augusti legatis fusi fugatique fuerant. atq; de Arradullo oppido expugnato.
obessos Medullio Monte egere. his verbis narrationes istius belli concludunt -
Flori verba. Postquam extremas barbari vident certatim igne ferro inter epulas
venenos. quod ibi vulgus ex Arboribus Taxis expimitur. procepere morier. seque
maior a captivitate quae videbatur vindicare. Hec per Antistius Firmium
Agrippae legatos Sibernans in Tamacanis maritimis Coesar accepit. ipse praesens
hos deduxit Montibus. hos obsidibus adstinxit. hos sub Corona iure belli venum
dedit. Orosij verba. itaq; ubi se gens hominum trux natura & ferus. neq; tollerari
de obsidione sufficienter. neq; suscipiendo bello parer intelligit. ad voluntarias
mortis servitutes timore concurrit. nam se pene omnes certatim igne. ferro aut
veneno necaverunt. Sed et longo. ante Augusti aetate intervallo. Cantabros
a Romanis subiectos fuisse discimus ex his Florij lib. 48. Epitomes Ioviniana
verbis. Vbi de P. Cornelio Aemiliano haec tradit. L. Lucullus Consul, cui
Claudius Marcellus successerat. pacasse omnes Celtiberis populos. cum videretur
Vaccos. Cantabros. & alias Regiones. & iterum alias incognitas nationes in His-
pania subegit. Mantisse autem eos ex inde in fide Romanorum usq; ad bellum
civile inter Pompeium & Caesarem exortum. ipsius Caesaris lib. 1. de Bello civili.
verbis edocemur, quae sic habent - His rebus constitutis Equites. auxiliumque
Lusitaniae a Petreio & Celtiberis. Cantabris. barbarisque omnibus. qui ad Ocea-
num pertinent. ab Afranio imperantur. An autem potiori conditione aut for-
tuna sub Gothis vixerint. quae sub Romanis. ea quae mox dicturi sumus de
mostrabunt. Author est Isidorus in Chronico. non ita pudes a Jacabo Sirmundo
edito. temporibus Aviti Imperatoris & Marciani (circa annum nempe Christi. 455)
Herulos Maui advectos. per Cantabris & Bardullis loca maritima impune gra-
tos fuisse. Universas autem Cantabrias. non ita multo post. ab extraneis gen-
tibus occupatam fuisse. eorum qui occuparant a Leuvigildis Rege pulsos discimus
ex Iohanne Biclarense. eandem rursum a Francis captas. & possessas fuisse. eorumque
Duce Francione mortuo. in potestate Militum Constantinopolitani Impera-
toris devenisse. & tandem ipsi vi armorum peractis. a Sisebuto Rege imperio Go-
thorum annexas. affirmant Fredegarius. c. 33. sui Chronici. atq; Ammonius
lib. 4. c. 13. Historiae Franciae. Tempore tamen Ubambae Regis Vascones im-
pressione facta. eandem invasisse testatur Rodericus lib. 3. c. 3. Nulla itaq; ra-
tio suadet ut Cantabros domi ad proprios tuendos Careas imbecilles. alio vitio
Arma intulisse credamus. & longe expeditius videtur. istud Bardullis armis
parte facinus finitimis Vasconibus tribuere; quorum vires regnantibus in
Hispania Gothis integre erant. ideoque seu odio Gothorum. seu studio propa-
gandorum finium. frequentes in vicinas Regiones excursiones faciebant.

incumbunt insuper alia huic sententia confirmandæ argumenta non levia. à ratione
 nominis, similitudine morum, & commercio unius lingue inter utramq; gentes desu-
 pta. namq; tres illos populos Biscainos inquam. Alavenses & Ipuscatz. Galli uno
 nomine Vascos appellant. quæ vox solo declinandi & pronunciandi modo à no-
 mine Vasconuz discrepat. Hispani autem ipsos Vasconados, eorum autem linguam
 Vascuence nominant, ab ysdem Vasconib; ducta. Vtraq; denominatione. Habitu
 autem & moribus quantumcunq; reliquis Vasconib; consentiant. norunt qui in y
 Regionibus diutius versati sunt. Accedit autem huius Joannis Blicarensis, &
 Sebastiani Salmanticensis. è quibus hic Beluz, quod Fruila Rex Legionensis hu-
 ius nominis primus, contra Vascones gessit. contra Alavenses specialit; gestis
 fuisse indicat. duz Adep'honsuz Froyla filium. è Regno à Maurvegaz deiecit.
 Alavaz ad propinquos matris suæ aufugisse commemorat; mater enim Adep'h-
 si nomine Munimina. è gente Vasconuz erat, eamq; Froyla pater bello Vasco-
 nico captaz sibi coniugio copulaverat, teste eodem Sebastianiano. Bidavenis quoz
 cum Teuvigildum Reges anno Regni sui. 13. partes Vasconiz occupasse. & civi-
 tatez quæ Victoriacuz nuncupatur. ibi condidisse narrat, Vasconiz nomine Ala-
 vam videtur designasse, siquidem in hoc Pago duntaxat, & nusquam alibi.
 in tota Vasconia. extat civitas huius nominis, quaz multis post seculis à Sani-
 cio Pompelonensi Regè. cognomento Sapiente instaurataz fuisse crediderim.
 non autem de novo conditaz, ut volunt aliqui.

De Situ Veteris Vasconie. Et de populis à Strabone
 Iacetanis dictis, an ydem sint cum Iacetanis. cap.

Vasconia olim sita erat ubi nunc Navarra. Latius enim patebant eius fines, quos
 hodierna Navarra. siquidem trans Iberum continebat Calagurim & Graccu-
 rim (que Vbs non multum distabat à territorio Oppidi. quod nunc Alfaro dicitur)
 a Meridie vero veteruz Comitatus Aragoniz. atq; a Septentrione attingebat Oce-
 anuz Cantabriz, in ea parte Ipusca. Vbi nunc Fontarrabia est. Et de Calagur-
 i quidem, eam in Regione Vasconuz fuisse testantur Strabo & Ptolemeus. qui
 eaz. Calagurimam vocat, quibus suffragatur juvenalis Satyra. 15. De Grac-
 curri vero author nobis est. idem Ptolemeus. qui eaz inter Vasconuz vbes enu-
 merat, A Septentrione autem ad Oceanuz usq; processisse hinc colligitur quod
 Manlasi fluvij Ostia. in Vasconuz Regione ponit idem Ptolemeus, (licet
 in hoc non consentiat, cum vulgatis editionibus Manuscriptum exemplum
 Ptolemei. quod in Bibliotheca Regia aservatur. ibi enim hic fluvius Bm-
 dulis non autem Vasconibus tribuitur) Strabo quoq; idasuzas vbes Vasconu-
 vel potius Didassunam. ut habent quidam scripti libri. hinc eruditissimo Cassabo-
 no, ad ipsuz Oceanuz sitaz esse affirmat. qui huius hodie Fontarrabia oppidum
 non male convenit, Condituz enim est in littore fore Oceani. alluiturq;
 fluvio. qui etiam nunc Vidassonis nomen sonat. idemq; videtur esse

Aragon era Vasconia
 y Gerundense in Para
 lipomenon Hispanie.
 Cuius libri. c. 4. arie 890.
 Concurrerunt per eie tiempo
 Anar Conde de Aragon. y
 Galindo su hijo. y fubieron
 el señorio en aquella parte
 de los Montes Pireneos
 era de la Region de los Vas
 cos. adonde fue muy noñada
 en lo antiguo la ciudad de
 Jaca. y se apoderaron de los
 Montes de Aspa. y de Sobrahe.
 y en el. c. 14. trata de los li
 mites deste Condado. y los
 concluye con estas palabras.
 Siendo esta Region una pe
 queña parte de los pueblos
 y los antiguos dixeran Vas
 cones en la Provincia de
 la España citerior etc

Ciudades de Vascones
 Estrabon lib. 3. de su Geo
 graphia
 Michael Villanopani
 in scholijs ad Ptholomei
 Geographias. pone en lo
 mediterraneo deste San
 queta hasta Alaxona y
 es Aragon. y gano de
 los Moros el Emp. D.
 Alonso. c. 45. alli dice lo
 Plinio y la ciudad de Tara
 cona contribuia con los
 Vascones. y gano otros
 muchos lugares a los Pi
 beros de ebo. y eran de
 los Vascones. y entre los
 mas principales fue Alaxo
 na y llamaron Aragon.
 en los mismos pueblos
 Vascones

cus Casone Mela, iam q. spectat ad Comitatus Aragonenses. Sunc in Vasconibus
 fuisse clarum et, ex Ptholomeo. qui Jaccaz. caput eius Regionis. inter Vasconum urbes
 enumerat, Pomo qui Jaccetanos Strabonis, ab hac urbe deducunt. longe errant. hinc
 enim procul aborant, versus Meridies. & ad eaz partes Aragonie. ubi Tlerda urbs
 (nunc Lerida) sita erat, vergebant. ut tam ex Strabone. quas ex Ptholomeo cognos
 cimuz; itaq Jaccetani spectabant ad eaz Hispanie Tarraconensiy partes, ubi hinc
 tempore desinit Aragonia & incipit Catalonia, erantq interiori Vascones in
 ter & Jaccetanos Eligeret. ut ex descriptione Ptholomei claré liquet. quos autez
 Strabo. Jaccetanos vocat, eosde esse uiz Lacetanis, quorum frequens apud Coesares.
 Liviuuz & Pliniuuz mentio. sensu interpretis Ptholomei, idem Fulvius Ursinus, no
 ty ad libruuz. 1. Coesaris, de bello civili. quibus ego libenter subscribo. in eo tamen
 quod Ursinus manduz subesse putat in Vulgarij Coesarij. Livij. atq Plinij Codicib?
 legenduz q existimat Jaccetanis. pro Lacetanis. sctuz auctoritate Strabonis & Ptho
 lomei. qui hanc vocem a littera. i. incipiunt. Ego contra censeo. emendanduz sui
 licet Strabonis locuz. legenduzq apud euz Lacetani, pro Jaccetani, & similiter
 apud Ptholomeuz, nam cum semel tantuz aut bis apud Strabonez hęc vox Jacce
 tani reperiatur. Ptholomei vero exemplaria variant (nam plerq editiones
 Accetani habent. non Jaccetani) vocabuluuz autez Lacetaniuz sepius apud veteres
 aut hores occurat (siquidez illud omnia fore Coesarij. Livij. & Plinij exemplaria
 retinent) propius est unius littere menduz in uniuuz Strabonis locuz inephisse.
 quas in tot alioruz aut foruz libruuz. Lacetanos autez proximos fuisse Eligeretibus
 adeo ut etiaz sepe pro una eademq gente usurpentur, disimuz ex Livio Decaduz. 3. lib. 8
 idem autor Lacetanos. finitimos facit Acetanis. qui Urbu ripas accolebant. Urbes Vasco
 num Numerat Ptholomeus. pter iaz dictaz Turisaz. Pompelonez. Biturim. Andalo
 sium. Nementumisaz. Curmoniuuz. Bascontuz. Ergaviaz, Tarragam. Muscauz
 Setiaz & Alavonaz. Turisaz situz. in pago Vastanensi querenduz est. circa vicuz
 qui Sancti Stephani Lezinensis nomen obtinet. non autem in adversa plaga ad
 Meridies. ut voluere interpretes Ptholomei. & Andreas Scotus in Mela. neq circa
 Tolosetas in Epusua. ut sensit Castaldus. eumq secutus Molehiuz. Pliniuuz lib. 3. c. 3.
 in recensendis his populiz. qui Coesar Augustari conventuz erant. meminit Cascan
 tensiuuz. Oraccuritanoruuz, Arocellitanoruuz, Calaguritanoruuz. qui Tibularense
 cognominantur. Carensiuuz. Ergavicensiuuz. Turisensiuuz & ilumbeytanoruuz. quoz
 omnes Navarra complectitur. sicutq veteribus appellationibus. si Oraccurita
 nos excipias. Ergavicenses & Turisenses. quorum pamos circa Alfaruz Oppiduz
 collocavimus (falluntur autez qui ad Agredaz trahunt) proximi fuisse ab Arga
 fluvio nomen acceperunt. At postremi dici nunc posse videntur Vastanensez.
 Turisaz enim situz in is partibus fuisse disimuz e Mela. Ptholomeo & autze
 itinerarij. Coeteuz posterioribus seculis mutata est aliquantuz Vasconie
 facies. nam Gothiz in Hispania veruz pñentibus. uiz Vascones neq eorum
 Imperiuuz ferre possent. neq satis eis viriuuz ad resistendum. & queis locuz.

14
ipsorum potentibus suppeteret. dimissa plana Regione, in suos se Montes receperunt. inde
ad proximas Bardulorum, Austrianorum, & Aquitanorum montanae Regionis se
effuderunt

De Statu Vasconum tempore Poenorum & Romanorum in Hispania. Caput. 3

Quis Status esset Vasconum, ante adventum Poenorum in Hispaniam. incognitus est; at ab eo tempore, & post expugnatam Saguntum, cum Anibale Italiae petente, contra Romanos arma coniunxisse, ex sequentibus filij italici locis colligitur, & primus quidem Livius lib. 2. populos illos qui Annibalem in Italiae sequebantur enumerans, Vasconum his versibus meminit

Nec Corretani, quondam Tyinthia Cartha
Aut Gatto insuetus Galles, fene arma morati.

Lib. 5. in Navatione Praej contra Flaminius Consulem gerti
Erumpunt multumque Maces, Maramaque Nomaque
Tum quo non alius, venalem in praelia dextram,
Ocyor attulerit, conductaque Bella probavit,
Cantaber & Gales contempto tegmine Varo.

Lib. 9. & Pugna Cannensi agens.

Subiebre leves, quos Jovida missit
Pyrene, populi varioque auxere tumultu
Fluminium latus, effulget cetrata iuventus
Cantaber, ante alios, nec tectus tempora Vasio.
Ac torto miscens baleary pugna fundo.

Lib. 10. de eadem pugna, & Paulo consule Romano verba faciens

Ac iuvenem quem Vasio levius, quem Spicula densus
Cantaber urgebat, lethalibus eripit armis

Non tamen diuturna fuit haec societas, imo brevi Vascones, perinde atque alios Hispaniae Citerioris populos, in partes Romanorum concessisse, ut credas facit hic Livij loci Decad. 2. lib. 1. Cuius Sulpio in Hispaniam cum Classe & exercitu missus, cum ab Ostio Rhodani profectus, Pyrenaeorum Montes circumvectus Emporis apulista Classis, exposito ibi exercitu, orsus a Lacetanis, usque ad Iberum flumen, partim renovandis Societatibus, partim novis instituendis Romanam ditiorum fecit, inde conciliata Clementiae fama, non ad maritimos modo populos, sed in mediterraneis quoque ac Montanis ad ferocios iam gentes valuit, nec Pax modo apud eos sed Societas etiam parata est, valideque aliquot Auxiliorum cohortes ex his coepta sunt. Sola hic nominat Livius Lacetanos, sed cum alios deinde populos etiam mediterraneos & Montanos adiungat, vix est ut Vascones praeteritis volluerit, qui omnium maxime, Lacetanis proximi erant, pariterque

Ulcerebus, quos etiam licet hic non expresserit, fuisse tamen inter eos, quibus cum
Societate contraxerat Scipio, indicat eodem libro his verbis. (Vix dum digresso eo (lo-
quitur de Scipione qui Tarracone Empurias recesserat) Asdrubal aderat, & ilerge-
tum populorum qui Obsides Scipioni dederat, ad defectionem impulso, cum eorum ipsorum
iuventute, agros fidelium Romanis Sociorum vastat. At subinde Vascones illos, qui
sub Signis Anibalij in Italia militabant, domum revocatis fuisse, conijcio ex
hoc loco eiusdem authoris Decad. 3. lib. 5. Vbi postquam de recepta a Romanis So-
cuncto disseruit, haec verba. Celtiberum iuventute, eadem mercede, quae pacta cum
Cartaginiensibus erat, imperatores Romani ad se perduxerunt, & nobilissimos His-
panos supra 300. inde in Italiam ad sollicitandos populares, qui inter auxilia Aniba-
lis erant, miserunt. Quae quidem auctoritas Romanorum amicitiam sanctam ex inde semper
colluerint Vascones, nullum dubitandi locum relinquitur, veterum, qui res Romanas
scripserunt, libros legentibus, siquidem ceteris fere omnibus populis Hispaniae a Ro-
manis deficientibus, nihil unquam ab hac gente turbatum, nulla etiam contra illas bel-
la a Romanis suscepta reperire est, nisi quod bello civili quod inter Sillas & Ma-
rius exarsit, soli inter tot Vasconum populos Calagunitani Sertorio Marianorum
partium Duci adhaeserunt, pro quo ultima quoque perperam, singulare invidiam in Ducem
suum fidei & invicti animi Vasconum documentum fuisse, ipsos quoque vicinos a Roma-
nis semper amicos & gratiosos haberi, credere equum est, ut veros ac fidos suos
decebat ab ipso populo, qui beneficio, quae metu obligare homines mallet, exterarum
gentium fide ac societate iunctas habere, quae tamen subiecta servitio. Verba sunt Scipi-
onis Romani Ducis Hispanos apud Livium, Decad. 3. lib. 3. alloquentis) ita ut nulla
in re Vasconum libertatem lesam, nullam in illorum Regiones Colonias missas, nullas
eorum civitates stipendiarum factas, (quae in plerisque alijs Hispaniae populis usu venit.)
usquam legamus, sed eos integris viribus, florente Republica, moribus, lingua, &
patriae finibus immutatis usque ad Gothorum in Hispaniam adventum perdurasse. Plu-
rimis veterum authorum testimonijs admonemur, quanti auctoritas apud Romanos fue-
rit huius gentis Virtus & Fortitudo, hinc estimare licet, quod in longinquis & gravi-
bus expeditionibus, Vasconum milites adhibebant, testis enim est Tacitus lib. 4. Hist.
c. 1. in eo bello quod Vitelliani contra Britanos & Germanos, eorumque Ducem Civiles
sustinuerunt, inclinantes iam in hostes victorias, Vasconum cohortes ferocem praedio
accitas, Romanis afferuisse.

Quo statu vixerint Vascones, Gothis in Hispania domi-
nantibus. item de Clade ab Exercitu Caroli Magni
ad Roncavallim, accepta. Caput 9

Labascente Romanorum in Hispania imperio, & Suevis ac Gothij Provincias
ingressis, non eadem sorte, cum ipsis vixere Vascones, sed perpetuis fore confligere
bellis, dum aut suos fines tueantur, aut alienos invadunt. Primus illis certamen
cum Richario Rege Suevorum fuit, quem ducta in uxorem Theodorici Regis

filia, Vascones depredatos fuisse narrant Idacius. Rursum Leuvigildo Regnante parte, Vay
 conie ab eo occupatas fuisse, affirmat Biclarenus. q. de Alava Regione non ita pudes
 a Vasconibus armis occupata intelligendus esse. Supra monuimus. At tempore Suinti
 filij, Recaredi Regis, crebris in Regnum Gothorum irruptiones, a Vasconibus facte
 fuisse, testatur Isidorus in Chronico. Meminit quoq. idem author expeditionis a
 Gundemaro Rege contra Vascones susceptę, que non alijs, habuit eventus, ppter va
 tationes Agrorum. Sisebuto autem Regnante novos motus a Vasconibus in Mon
 tibus factos fuisse, eosdeq. a Rege compresos, discimus ex Chronico veteri Moisia
 censi, nuper ab Andrea Duquernio viro eruditissimo edito. Eosde tempore Sui
 tillę Regis crebris excursionibus Temeconensez Provincias infertate & Ologitima
 Civitates, que hoc epo contracte Olite dicitur, Vasconice vero Eriberri (idest vrbis no
 va) ad Gothos pertinentes, & a se, ut videtur, evorsas, proprijs impensis instaurate,
 coactos, refert Lucas Tudensis ex Isidoro. Sub Recensuindo rursus Rege, novas irrup
 ciones in Regnum Gothorum fecere, Copijs Regijs que prohibere conabantur. exitio sal
 teste Isidoro Pacensi, cuius verba, quia apud Rodericum Toletanum corrupte legun
 tur, sicut a Prudentio Sandbballio edita sunt, hic inserenda iudicabimus. Huius
 inquit Empouibus (idest Regis Recensuindi Eclipsim Solis, Stellis in Meridiez v
 senibus omnibus, Hispaniaz tomitat, atq. inuersionem Vasconiaz non tum
 modico exercitus damno prospectat. Demum Regnante Ubamba, cum Vascones quietis
 ignavi ut ait Rodericus Toletanus lib. 7. c. 3. loca Pirynę & Cantabriz invasisent, indignis
 Gothorum Dignitate, rabijs Rex, ductus offensiones huius gentis perferre, eas imperio suo
 subycere statuit. Conflato itaq. ingenti exercitu, Vasconum fines inferis animone ingre
 ditur, eosq. post vastatos Agros, & incensa adificia, paces petere coegit. Nom Sun
 nescius hanc cladem a Ubamba illatas Vasconibus Aquitanis tribui a Roderico, sed ma
 iores fides meretur Iulianus Archiepiscopus Toletanus, equalis illorum temporez scriptor,
 qui eas Vasconibus Ubris imputat, pug. Exinde ab hac gente extinctis in Hispania Go
 thorum Regno, contra Sarracenos gesta sunt hic ideo ppter multum, quia deinceps
 is in Historia Navarrea opportunior se se oferet dicendi locus. Ea vero que trans
 Pirynę in Aquitania contra Francos fortiter perstiterunt, postrema parte huius
 opeus referentur. Hinc intem nollim omittre, ea que inter ipsos, & Caroli mag
 ni exercitus, ultra Pirynę contigere, Insignes scilicet illas, & toto orbe decantatas
 Strages, quas is exercitus ad Montevallim, anno Christi. 778. passus est. Vascones
 libertates quas illibatas sub Romanis conservarant, contra Suevos, Gothos, & Sar
 racenos intrepide defenderant, magna ex parte sub Carolo amittere. Hic enim
 dum Hispaniaz ab Ubabala Regulo Sarraceno solicitatione, cui valido exerci
 tu, contenderet, per Vasconum & Navarorum terras iter faciens, utiung populus
 suo subesse impio & ditioni coegit, et tribus impossis Vechigales fecit. Pompel
 lones etiam oppidus, Caput gentis, divitijs menibus, per species defectionis ppevole
 de in vici formaz redegit, festibus Eginhardo, & alijs illius seculi Hibernis, qui res
 a Carolo gestas litteris mandarunt. Percussa itaq. hac in Junia & contumellia
 Bellitosa gens, dum Vindictę occasionem querit, cregredientis exercitus

Rota de los Francos en Ron
 cervalles por los Vascones

Franci extremum agmen in Pyrenaei faucibus animose adouit. & licet Milibus numero impar. genere etiam Armorum impar, totum calamitosa clade postierunt. Sed praestat audire Eginhardum loquentem, cui ut Regis Aule notum. Caroli res maxime notae fuerunt. Sic itaq; in eo Commentario. quem de istius Principis vita composuit. quid in hac Expeditione Hispanica gestum sit. his verbis declarat. Ipe per Bella memorata. primo Aquitanias & Vasconias. totumq; Pyrenaei montem uiguz. & usq; ad Iberum amnes. qui apud Navarros oritur. & fertilissimos Hispaniae agros secans. sub Deburis uicinis munita. Balearico Mari miscetur. deinde Italiam itaq; ita perdomuit. ut eas tributarias efficieret. De clade autem ad Roncavalles accepta sit. Cum agmine longo. ut loci & Angulianus situs permittit. proceribus uictis exercitus. Vascones in Summi Montis vertice. possitis insidijs (et enim locus ex opportunitate sylvarum. quarum maxima est ibi copia. insidijs ponendi opportunus) ~~maxima copia.~~ extremam impedimentorum praerogam. et eos qui nouissimo Agmine incidentes subsidio praecedentes tuebantur. desuper in cursantem. in subiectas ualles dejiciunt. consortesq; cum eis pulsis. usq; ad unum omnes interficiunt. ac direptis impedimentis. noctis beneficio. quae iam instabat proleci. summa cum celeritate in diuersa disperguntur. Adiubabat in hoc factu Vascones & levitas Armorum. & loci in quo res gerebatur situs; e contra Francos. & armorum gravitas. & loci iniquitas. per omnia Vasconibus reddidit impares. In quo proelio Eginhardus. Regis mentem praeposuit. Anselmus Comes Palatii. & Rotlandus Britanniae littoris Praefectus. cum alijs compluribus. interficiuntur. neq; hoc factus ad praesens vindicare poterat. quia hostis. re perpetrata. ita dispersus est. ut nec fama quidem remaneret. ubi nam gentium quae potuisset. idem Eginhardus. seu Ademarus. vel quicumq; est author Annalium Caroli Magni. & Ludouici Pij. quos primus Germanicus Nuenarius Comes edidit. hanc cladem sic paucis perstringit. Pompeionem reuertitur (loquitur de Carolo Rege) cuius Marci ne rebellare posset. ad solus usq; destruxit. ac regredi statuens. Pyrenaei Sattus ingressus est. in cuius Summitate Vascones. insidijs collocatis. extremum Agmen adouit. totum exercitus magno tumultu perturbant. & licet Franci tam animis. quam armis prestare uiderentur. tamen & iniquitate locorum. & genere impari pugnae inferiores effecti sunt. In hoc certamine pleriq; Aulicorum. quos Rex copijs praefecerat. interfecti sunt. direpta impedimenta. & hostis. propter notitias locorum. statim in diuersa dilapsus est. cuius vulneris accepti recordatio magnam partem rerum feliciter in Hispania gestarum. in corde Regis obnubilauit.

De Moribus Veterum Vasconum Caput. 10.

Vasconum Mores eosdem olim fuisse. qui Tusitanorum. a firmat Strabo lib. 3. Geographiae. illos autem non a phore pennicillis depingere potissimum. quam ipsius Strabonis uerbis. quae e Graeco in Latinum uersa. sic habent. Ferunt Tusitanos esse insidiandi. indagandi. peribis. celetes. lebes. versatiles aspice.

utuntur parva, cuius diameter duorum pedum, crura foras. lous suspensa. non enim
 fibulas aut anlas habent, ad hoc sua aut Entis. pleriq; lineis. rari loricati utuntur.
 thoracibus. aut tres Crystas habentibus galeis, ceteri neni contra ichu formati aspidib
 utuntur, pedites breves quoq; usurpant. Spicula singulis palma, nonnulli etiaz basta
 utuntur. aerea cuspidi, quasdam eorum. qui ad Durum amnes accolunt. laconica fe
 runt uti vite razione, bis unguento utentes, & candentibus lapidibus calefacien
 tes. & frigida labantes. vnoq; cibi genere pure fugaliterq; viventes. immolandi
 student, Lusitani. & extra intuentur non non exsecta. preterea & laterum ven
 inspicunt. ac tangendo etiaz divinant, quin et ex captorum exty conijciunt sagis
 ea occultantes, deinde. usq; ea pulsus edunt, infra primus ex cadavere aruspex fe
 tura, pudit. captivorum manus dextras amputant. dyis consecrant. Omnibus qui
 in Montibus degunt victu utuntur tenui, aquam bibunt, sumi cubant. crines mult
 rum in modus demittunt, mitis faciem velati pugnant, maxime Capros edunt. &
 Marti Caprum immolant, pretereaq; captivos & equos. quin & ritu greco centurias
 victimarum. idest hecatombas quotannis instituunt, & ut Pindarus ait, immolare
 centena omnia. Certamina etiam gymnica armata & equestria edunt pugna, lori
 su. Velitatione & instructo cohortatim pugio, Montani duobus anni temporibus gra
 & ~~lucis~~ vescuntur quorna, siccataz indeq; contusaz molentes. atq; e farina panes
 conficientes. itaq; eas ad suus tempus reponunt. Cytho etiam utuntur. viri parum be
 bent, & q; provenit statim in convivio cum cognatis insumunt. Butirum eis olei
 usum implet. cenant sedentes. habentq; ad panetes constructa in hunc usuz sedilia.
 priora in sedendo loca etati, dignitatq; referuntur. cena circumgestatur. inter pu
 tanduz ad Tibiam saltant, & ad Tubas Choreas ducunt. intem exilientes & puf
 tibuz flexis rectuz corpus demittentes. in Bastetania id etiaz mulieres faciunt. vna
 manu attoras tenentes, nigro omnes utuntur vestitu. plerunq; in Sagis degunt, in qu
 bus etiaz supra thros herbaceos dormiunt. Vacis utuntur ceteri. ut & Celtæ, Mulieres
 vestibuz utuntur floudis, loco pecunie permutacione utuntur. aut de lamina Argentea
 aliquid abcessuz dant. morti additos conicis de Saxis. precipite agunt. parviuq; edunt
 extra fines. aut flumina lapidib; obruunt. Matrimonia Greco more contrahunt. At
 quotos veteres Aegyptioruz consuetudine. in vijs deponunt. ut qui euz moribus ex post
 sunt, is consulant. Coreacis usi sunt Navigijs. usq; ad Brutuz ob exundacione
 Paludes, nunc raris utuntur lintibus. Sal illis purpureus, sed albus fit terenda.
 Talis ergo vita est Montanorum. eorum qui septentrionale Hispanie latus terminat.
 Callasorum. Astaruz. Cantabroruz. usq; ad Vascones & Pyrenas. omnes enim
 eodem vivunt modo. Hec univere Strabo de omnibus populis. qui septentri
 le latus Hispanie incolunt, At speciatim Vascones Aruspicius admodum peribit
 fuisse innuit Lampudius in vita Alexandri Severi. Tibiarum quoq; is usum se
 se significare videtur vox Vasce, Tibis (ab eo enim q; indigenis in recb Vasco
 dicunt. vite formatur latinuz Vasus, ut alias dicemus) Occurrit autem hęc vox
 apud Jul. Solinus. c. s. Servius in lib. 2. Aeneidos. & autores veteris glosarij
 latino Giga. qui eaz Grece vertit. ideo forte, quod non tam arte quam assi

Adiuvant par
 sacrificios
 Tibiaruz vsus in
 Vasconia

assidua exercitatione. eius tyranium constet, (& si non desunt qui ibi - scriben-
dus censeant) tua enim tantummodo habet foramina. quibus quodlibet sonitus aut
Moduli genus distincte & concinne reddunt. qui eius artes callent. Cur autem Servius
eamdem - vocet. non aliam possum reddere rationem. quam quod non recto nec trans-
verso posito. ut ceteris tibi sed obliquo staret in manu Tibicinis ea personans. idque
etiam nunc comprobatur sodierum usus tibi. qui apud Vascones maxime viget. nec
enim alio fore Organo utuntur suis Chorois & Saltationibus - Alia tamen mens
est doctissimi Salmacii. quod attinet ad explanationes Vasce Tibie. huius in Flav-
Vopiscii notis. & in Plinian. exeruit. ad. c. 5. Solini. Neg ego authoritati tanti vi-
ri repugnare ausim. in Bello autem levi armatura vos fuisse Vascones. Coni-
mus ex Eginhardo. & alijs. qui de rebus Caroli Magni scripserunt. Galleg etiam vos
contempsisse monet filius italicus pluribus locis. At ultra bellum qualis esset eorum
habitus. notat hic locus e libro. s. c. 2. Armony desumptus = Cui filius Ludovicus
(loquitur de Ludovico Pio) pro sapere se posse credenter pavens. occurrit ad pa-
trij presentiam habitu Vasconum. cuius coevis sibi pueris indutus. amiculo sulicet ro-
tundo. manibus Camisae diffusis. cruribus distentis. calcibus caligis insertis missi-
le manu ferens: Hec enim delectatio voluptatis ordinaverat paterna -

De lingua Vasconum, & an Verum sit illius nomina in. A.

Singulari numero. plurali vero in. Ac. desinere. cap. 11

Erat solemne Romanis. populos. quos Armis subegerant. Latine linguas asuefa-
cere. docent haec Divi Augustini Verba lib. 19. de civitate Dei. c. 19. Data
est opera. ut civitas imperiosa. non solum iugum. verum etiam linguas suas. domi-
tis gentibus per species societatis imponeret. Inde et quod Vernaculae linguas Gal-
lorum. iuxta. ac Hispanorum prorsus intercedunt Romanensi in eorum locis substituta
si Britanos. Armonicos. & Vascones excipias. qui suas constanter ad haec usque tempo-
ra retinuerunt. Vasconicam Magnus Scaliger Cantabrisimus vocat in tractatu de
Europeorum. addito etiam Elogio in haec Verba - Cantabrimus incipit a Suber-
bicis Baionae Lapurdensium. & itinere sex aut septem dierum in intima Montane
Hispanie extenditur. Galli eos qui ea lingua utuntur. vocant. Barcos. vel Bataulos.
Hispani Regionem in qua illa dialectus locum habet. generali nomine Vasconia.
vocant. nihil barbari. aut stidoris. aut anbelitus habet. lenissima est & suavissi-
ma. estque sine dubio vetustissima. & ante tempora Romanorum illis finibus in
usu erat - Ea nunc in Pyreneis utuntur maxima pars Navarriae. Universa Ipusia.
Alava atque Biscaya. Trans Pyreneis vero. tres illae ditiones quae Vasconiae seu Vas-
conum Regionis nomine designantur. scilicet Lapurdus. inferior Navarra. &
Sola. Huius linguas propius esse plerumque vocabula singulari numero per. A. plu-
rali vero per. Ac. finire asseruit Marin. Sicul. lib. 4. c. ultimo ver. Hisp. in
quo eum fefellit ratio. littera enim. A. in singulari numero. & syllaba. Ac.
in plurali nominibus Vasconum addita in fine. articuli vicem fungitur.
ita ut Vasconica vocabula hac ratione per. A. aut. Ac. finire. perinde sit

at si quis dictiones *Gygas* ab. d. n. r. auspiciu velut, sit in exemplis vox. *Guicon*. hoc sunt
 te *homines* significat. at si cum articulo esse velis ut faciunt *Gygi*. qui — *Galli*
 qui l'homme. & Hispani qui el *hombre* dicunt, dicendum est *Guicon* & in plurali
Guiconac. id est — *Gygi*. les *hommes*. *Gallie* & los *hombres* *Hispanice*. in hoc *homines*
 sectatores habuit *Maurey*. *Caribaius* lib. 4. c. 4. sui *Compendij Historialij*. & *Paul*.
Merula lib. 2. parte. 2. c. 8. *Cosmograph*. venia danda et *Maureo* & *Merullij*. quibus ut
 linguis *Vasconice* ignavis, & procul ab ea Regione. ubi ipsa in usu est, positus, non dispo
 sicut imponere. sed *Caribaius* non levis oscitantis reus est. quod tunc hoc lingua ipsi verba
 cula esset. gravius tamen quaz alij in eundem errores impigit. dum quos y species
 de quibusdam vocabulis *Vasconice* dictum voluere. sic in uniuersum de omnib' po
 nunciare non dubitabit

De Veteri lingua Hispanorum. an eadem esset cum hodierna
 Vasconica, seu Vasca. *Ambrosij Morali* id abnuentis
 Rationes expenduntur — Caput. 12

Eodem *Maurey* & *Caribaius*. uniuersam olim *Hispanias*. non alia quam *Vas*
conum. seu *Cantabrorum*. ut ipsi vocant. linguam locutam fuisse existimant. quo
 rum auctoritati magnum pondus accedit iudicium Summi viri *Iosephi Scaligeri*
 idem sentientis. diatriba de hodiernis *Francorum* linguis. in eadem fuisse *Opinionem*
Pauli Merula lib. 2. *Cosmograph*. parte. 2. c. 8. & *Mariana* lib. 1. c. 5. *Historij* *Hispani*
nic. cuius verba. quia elegancia & tanto auctore digna sunt (si illud excipias. quod eam
 linguas barbaras, cultus abhorrentes esse pronuntiat. & quod *Cantabros* vocat quos
Vascones dicere debuerat.) non puto tedio fore lectori. si hic referantur. *Soli* (inquit)
Cantabii linguam hactenus retinuerunt rudes & barbaras, cultum abhorrentem
 multumq' a reliquis omnibus discrepantes. & totius olim *Hispanie* communes (sic sen
 tur) & antiquissimas priusquam eam *Provincias Romanorum* *Italia* sermoq' pene
 traissent. Gens enim agresti rudis ingenio. quae plantarum instar translata. fames
 terrae bonitate mitigatur. et *Montanis* inaccessa locis. externi impetui iugum. vel ad
 missit penitus nunquam, vel exiit quamprimum, atq' cum antiqua libertate. vete
 rem gentis. atq' communes *Provinciarum* sermones conservatus fuisse fide non caret.
 Hanc tamen *Sententiam* evertere conatus est *Morali* lib. 9. c. 3. collectis ex *Plinio* &
 alijs quibusdam vocabulis *Hispanicis*. ut putat. quae in hodierna *Vasconum* lingua de
 derari ait. Sed etsi concederemus *Morali*. omnia illa vocabula pura. puta *Hispanice*
 existere. an hoc tanti esset. ut ideo plures in ea *Provincia* linguas toto genere discre
 pantes admittere nos cogeret? An non etiam in alijs linguis hoc usuuenit. ut longae
 temporis intercapedine mutantur voces aliquae. atq' loquendi modi? De latina equi
 dem testantur *Polibij*. *Varronis*. *Quintiliani* & *A. Gelli* verba quae sequuntur. *Polibij*
 bius lib. 4. *Hist*. Primum igitur fides inter utrumq' populum initus est. statim post
 eiectionem urbe *Regius* nomen. *L. Iunio Bruto*. & *M. Valerio* consulibus. sub quibus
 etiam. *Ioui Capitolino* Templum dicatum duo de triginta annis ante primas. *Xen*
Xis in *Graeciarum* transcriptionem quod quanto diligentius fieri est ut.

interpretati sumus. tanta enim facta est mutatio Romane lingue. ab ea tempestate.
in hodiernis diez. ut etiam qui antiquitatis peritissimi sunt. plerum non nisi difficulter
intelligant. Varro lib. 4. de lingua latina. quae ideo sunt obscura quod neque omnia im-
possibile verborum extat. sine mendo omnia impossita, nec quae recte impossita unita ma-
net. multa enim verba litteris commutatis. sunt interpollata. neque omnia origo et no-
trae linguae e vernaculis verbis. multa verba aliud nunc ostendunt. aliud ante sig-
nificabant. ut *hastis*. nam tunc eo verbo dicebant peregrinos. qui suis legibus utebantur.
nunc dicunt euz. quem tunc dicebant *perduellem* lth. Deinde sic. *Detesta* non pauca
depravat. multa tollit. et paulo post. Quoniam verborum novorum. & veterum
discordia omnia in consuetudine communi. lth. Quintilianus lib. 9. c. 3. Orator. in st.
itaque si antiquos sermones. nostro comparemus. penes iam quidquid loquimur. figura
est. Phavorinus Philosophus. apud A. Gellius lib. 1. c. 10. Adolescentes quendam lar-
pit quod plerumque voces nimis priscae. & ignotissimas in cotidianis communi-
sermonibus exprimeret. Sextus Caelius jurisconsultus. apud eundem lib. 2. c. 10.
Longa aetas (inquit) verba atque mores veteres obliteravit. lth. Haec nisi fallor sa-
tis demonstrant quibus olim mutationibus lingua latina. obnoxia fuerit. De Gallica
quoque atque Theutonica. idem iudicabit quisquis formulas foederis. inter Ludovicum &
Carolus Reges. Ludovici Imperatoris filios. anno. 842. percussit. quae apud Ni-
tardum utraque lingua extat. cui hodiernis Gallicis atque Teutonicis contulerit. Con-
tra vero quod argumentus habet Morales. quoniam voces illae a se congerit e
vetere & germana Hispanorum lingua. enunciat potius. quae ex nova
haec et adscititia. quae quia a Romana manavit. Romanensis dicitur. cui illam
quidem Plinius aetate obsolevisse. hanc autem in universa Hispania. quae Roma-
nis parebat. invaluisse certum sit. & indubitatum. Hoc sane constat Plinium
in locis a Morale laudatis. plerumque voces pro Hispanis agnoscere. quae Latinae esse
originis ne ipse quidem Morales negaverit. huiusmodi sunt quae sequuntur. *Cu-
niculus*. pro genere Leporis. cuius nominis ratio inde petitur a Varro de re
Rustica. c. 12. quod sub terra. cuniculos ipse facere soleat. ubi lateat in Agro. *Sal-
puga*. pro genere Formicae venenatae in Betica. quae vox a Latina *Solpuga*. vel
Solifuga (utroque enim modo eam effert Plinius lib. 22. c. 25. lib. 29. c. 4. & alibi) leviter
mutata est. dicta est enim *Solipuga*. vel *Solipunga*. teste Festo. quod acrior concitati-
one fit ferore solis. *Cavaticae cochleae* quaedam in Insulis Balearibus. ideo sic dictae
quod non praeputant e cavis terrae. vel quod in speluncis nascuntur. ut innuit idem
Plinius lib. 8. c. 39. & lib. 3. c. 26. *Aves tardae*. genus Anseris. quae Origi Otilis ap-
pellant. *Viriles*. genus torquus quibus viam utebantur. *Stragiles*. pro parvulis
massis Auri. quae in superficie Massae. aut cramenti eminebant. *Formacii*. paschy
genus ex terra. quoniam in forma circumdatis utring duabus tabulis in forantur
verius. quam insternuntur. ut loquitur idem Plinius lib. 35. c. 14. Par ratio et
vocis. *Aspalathus*. cuius usus etiam in Oriente viguisse. auctor et ipsemet Plinius
lib. 15. c. 13. Tam ad voces. *Bates*. *Vepiones*. *Granus*. *Cusacium*. quod attinet
nequaquam verum est eas inter Hispanas a Plinio annumerari. eius verba
c. 49. lib. 10. sic habent. *Veneri* in Italiam *Bevriacensibus* bellis civilibus

trans Padum & novq aves (ita enim aduc vocantur) Turdorum specie paulus infra
 Columbas magnitudine, sapore grat. Balear, insule nobiliores etia; supradictis
 pibirionez mittunt. ibi & Buteo Accipitrus generis in honorez mensaturus est. item
 Vipiones, sic enim vocant minores Gues, quo loco vocabulus ibi, non ad Balear,
 Insulas, sed ad Italiaz referendus videtur, at verbus vocant, pro nominatibo
 bet subiectaz voces homines, ut docent Grammatici, non autem Balear, ut voluit
 Morales, idem de Orano & Cusudio dicendus est, in hoc loco Plinij lib. 16. c. 8. ubi de
 robore locutus, hec adiungit - Omnes tamen has eius dotes illos solo provocat cocco
 granum hoc primog seu scapus fruhis parve aquifolij ilicis, cusculij vocant (lib)
 Accedit eo quod, ut monet Favius lib. 3. c. 2. fallunt sepe verba, vel Regionib; qu
 busdas familiaribus, vel artius propria. Huius generis sunt inter ea que Morales
 firmande suz sententia adducit. Celia generis potionis ex frumento apud Nu
 mantinos, teste Floro lib. 2. c. 13. Palaera, seu Palacra & Baluces, quib; Meta
 ci Hispani designabant Massas, quasdam Auri, que in Putis reperiebantur, deniq;
 excedentes libras, ut testatur Plinius lib. 33. c. 4. Stigiles, pro Massis auri parve
 lis, que in aurifodinis occurrebant, et Cocolobus, pro genere vitij, apud eum de
 auctoribus lib. 33. c. 7. & lib. 14. c. 2. Cum enim iam pudem Aurifodine in universa
 Hispania evanuerint, Vites autem atq; Vinez, aut nullz prorsus, aut admodum rari
 ollm in Vasconia fuerint, (ut ex Strabone discimus) ac etiaz nunc paucissima
 existant in ijs partibus, ubi lingua Vasconica viget, iniquus videtur, tum auri
 riarum, cum vitium nomina, hoc seculo, ab ea lingua exigere, quod autem etiam
 nomen, Cetra, Hispanicum fuit Morales, nullo certo auctore in hoc illuz riti co
 bitior, licet verus sit, Cetra, maximé in bello Hispano veteres usos fuisse, quod
 tamen ulteriovis Hispanie Populus potius, quaz ceterovis in more fuisse, videor
 mihi colligere ex hoc loco Coetanus, bello. 1. de Bello civili - Erant ut supra dem
 stratus est, legiones Afrany. 11. Petrei. 11. preterea Sutatati ulteriovis Provincia
 & Cetrate ulteriovis Hispanie Cohortes circiter. 30. Equitus, utriusq; Provincia
 circiter. 5. Millia. Coeteruz neq; usq; quaz verus est, omnia Vocabula, que pro
 Hispanicis tradunt veteres auctores, hodierna Vasconuz lingua deesse, suppetunt
 enim adhuc nonnulla, ea scilicet que ex antiquissima, & propria huius gentis
 lingua, procedunt, non autem ex hac adventitia & nova, quam Squammam, la
 tini sermonis & rubiginez tubialij barbaris moruz vocat Sidonius, Julij ver
 scaliger prefatione. 10. abortuz latine lingue. Talia sunt Lancea, pro genere
 Teli, quod nomen Hispanicus esse, auctor est Varro, apud A. Gellij lib. 11.
 c. 30. Curdus, quaz voces pro pingui & crasso, usurpant hodie Vascones, im
 lecta Vocali. A. Daurata, vel Taureta vocant, sunt enim, D. & T. cognat
 littere apud eos - Gesum, deniq; (q; missilis iaculi a Vasconibus - Gesi vel Gesi.
 dici nomen est) Galli a quibusdam auctoribus amebac tributus, Hispanis ad
 iudicant, Isaacus Casaubon. in 3. libro. Strabonis & M. delvius. Comment. in
 Senecę Hypolituz. Nunc quidem illud q; pené preterieraz, minimé relinquendus
 est, illa que de Rustico Terrestino ex Tacito, de Corsica, & de Postio Latrone
 ex Seneca adducit Morales eius sententiaz, (qua veterem Hispanorum lin

Dureta apud Suetonij
 in Augusto pro ligno de
 lio quod hodierni Vascones

linguarum diversarum esse ab hodierna, Vasconica, probare nititur) nullatenus vivare, ut ipsorummet Authorum verbis perlectis facile quivis iudicaverit. quae ideo referre operepetitus duximus. Et de Termestino quidem, sic Tacitus lib. 4. Annalium. iisdem Consulibus. Facinus atrox, in Citeriori Hispania admissus a quodam agrorum natione Termestinae. is Praetores Provinciae. L. Pisonem, pace invidiosus, ex improviso in itinere adortus, uno vulnere ad mortem adfecit. Et paulo post de eodem Termestino. Et ceperit inquit cum tormentis edere conscios adigeretur, voce magna, sermone Patio, frustra se interrogari clamitavit, adstiterent socij, adspectarent, nullam vim tantam doloris fore, ut veritatem eliceret. lty. De Sorvica, autem haec profert Seneca Consolat. ad Helviam. Transierunt deinceps Ligures in eas, transierunt & Hispani, quod ex similitudine ritus apparet, eadem enim tegumenta Capitus, idem genus Calceamenti, quod Cantabris est, et Verba quaedam, nam totus sermo conversatione Graecus, Ligurumve a patris desivit. At de Portio Latone, sic Seneca lib. 2. Controv. 4. mendose enim in editionibus vulgaribus Ambrosij Morales citatur ad hoc Controv. 3. lib. 3. Fuit autem Mesalla eruditissimi ingenij in omni quidem studiorum parte, Latini utiq; observator diligentissimus, idem itaq; cum audisset Latonem declamantem, dixit sua lingua, dissentis est ingenium illi concessit, sermones objicit. Haec Taciti & Senecae Verba, arguunt quidem fuisse propriae Hispaniae, & forte etiam Cantabris, seu linguae, seu Dialecticae, non tamen probant, eam hodiernae Vasconicae linguae dissimilem existisse, sed de dialecto intelligendos esse hos auctores, potius quam de lingua. Hinc elicitur qd Latonem non alia, quam Latina lingua Romae declarasse, facile apparet, ita ut, quae admodum olim Pollio apud Favium in Livio Patavinitate deprehendit, sic Mesalla Hispanismus observasse videatur. Mela deniq; lib. 3. c. 1. dum Cantabrae Populorum, atq; Amnium nomina, Latino ore conipere nequit, (quod ipsum nihilominus postea, non diffidili labore, praestitum est a Ptholomeo lib. 2. c. 6. Geographia) arte vana & rudem, nominum aliquot Propiorum naturam, notat potius, quam peculiare loquendi genus illi Genti assignet.


Authoris Sententia de Veteri Hispanorum Lingua. Caput. 13

In hac ergo discrepantium inter se Sententiarum pugna, Ego ut pertinacius tueri nollim. Unicam fuisse antiquis temporibus Hispanorum omnium linguam, praecipue cum Strabo lib. 3. diversas fuisse pronunciet, sic neq; Vasconicam iisdem quibus nunc finibus circumscripti probaverim, sunt enim angustissimi, neq; enim Verisimile est, Sagacem Naturae dispensatores, tantulae gentis propriae linguam tribuere, voluisse, nulli ferè rei oportunam. Ad exercendum vero Comerium & tuendum cum finitimis Populis consortium, prorsus incommodas, itaq; ut paucis meae sententiae apperiam, hanc universis illis Montanis Populis, qui Septentrionale latus Hispaniae

incollebant, communem fuisse existimo. Vasconibus scilicet, Bardulis, Autragonibus, Cantabibus, ac Lusitanis. Cum enim hos omnes Populos iisdem vixisse moribus, eademque vitæ ratione colluisse, constet ex Strabone. lingua quoque Concordes Extiterunt. Equum est credere, Sed & aliorum Hispanorum sermonem, adeo huic ab similem non fuisse, quin multa inter eos communia, fuerint. & dialecti potius, quæ genere sermonis discrepasse. (Quæ admodum nunc discrepant Castellani, Portugaleses & Catallani) Hinc prorsum est mihi, quod in hac hodiernæ Hispaniæ linguæ Compagæ reliquis, seu rudera quædam deprehenduntur cum Coementis Vasconico admodum congruentia, quam plurimè in quibus Dictiones, aut metè Vasconicæ, aut ex his manifestè deductæ, quarum vero veluti Laciniam quandam è tribus primis Alphabeti litterarum ordinibus decryptam hic exhibeo. Vbi id observari velle. Sillabam. ζ vet. I. in fine Verborum Vasconicorum positam, terminationem esse infinitivi presentis, aut nominis Verbalis, à Grammaticis dicti Semivocalem quoque. s. minuta figura expressam. proferendam, ut. C. duplicem vero. ζ valeat. t. s. ds

Chronicon Luitprandi Aera. 726. año. 688. in eo tempore fuerunt in Hispania decem linguæ. ut sub Augusto et Tiberio. Vetus Hispana. Cantabrica. Oisca. Latina. Arabica. Chaldaea. Hebraea. Celtiberica. Valentina. Catalaunica, & quibus in 3. libro. Strabo. ubi docet plures fuisse litterarum formas & linguas in Hispania

Este punto en el quadero la trata de la Cantabria la misma



45-72

Liber secundus

Notitia

Vtiusq; Vasconia liber Secundus = qui tractationes
de Vasconibus Iberis continet.

De Navaris eorumq; Regione Navawa dicta. cap. 1.

Vasconum populi, alij citra Pyrenaeum in Iberia. alij ultra Pyrenaeum in Aquitania Sedes habent. Citra Pyrenaeum sunt. Navari. Jaccenses, Alavenses. Ipuscoates. & Biscayni. Ultra Pyrenaeum Gascones, & Vaci. De Prioribus hoc libro, de alijs vero in sequenti agetur. Initium fiat a Navarijs: quibus potissimum Vasconum nomen convenerit, inde enim ad omnes alios populos, quotquot huiusmodi appellatione censentur, manavit. Huius Regio ab Ortus Pyrenaeos habet Montes, ab occasu Iberus amnes. et ex parte Turisianensem agrum. a Meridie veterem Comitatum Aragonie. a Septentrione deniq; Alave & Ipusco Regiones. Nominis ratio a Vasconum lingua petenda est, quae voce Naba. planities aliquas Montibus proximè succedentes. Solet demonstrare. Inde & manus vola. seu concava pars apud eamdem gentem. Esu. Nava nomen habet. a Nava fit Nominativus Navam. & adiecto articulo Navawa. quo incolae planae Regionis designatur. Huius oppositus est Menditawa. & contractè Montana, idest Montanus. seu Montius incolae. Videtur autem appellatione Navarorum tempore Gothorum Regum potissimum in Hispania invaluisse. Tunc enim cum strenuissimi quique Vasconum, Gothorum viribus & potentis impares, de militanda libertatis gratia recessissent. Coeteri, qui in pristinis sedibus accepto Gothorum imperio remanserant. Coepere ab ijs Navarorum nomine distinguere, totius gentis communi appellatione. Vna cum laude conservatae libertatis. Solum Montanos comitantes. At rursus post aliquot saecula. deleta in Hispania a Sarracenis Gothorum Regno. cum Montani Vascones. auspicijs illorum Principum, quos sibi in Reges elegerant. avitae Sedes receperunt. Universamq; planam Regionem, simul cum Pompelone Civitate. Pimaria, pulsis Armorum vel Sarracenis, occupaverunt. Placuit ibi Regni Sedem. Constitueret. indeq; postea fluxit Nomenclatura Pompelonensis, aut Navari Regnum, quae non ita multo post etiam Montanae Regioni Vicinae communicata est. Dividitur Navawa in quinque Praefecturas, quas Maiorinas. seu Merindades vocant. Pompelonenses scilicet - Stellensem - Tutellensem - Sangosensem - & Olitensem. Haec a totidem Oppidis Pimarijs. Pompelone. Stella. Tutela. Sangosa. atq; Olito. quorum quodlibet veluti Caput & Metropolis est. Suae Praefecturae tale nomen sortitae sunt. Praeterea autem unicusq; earum proprijs Magistratibus. Maiorinas, seu Merinus vulgo dicitur. Pimariam Praefecturam Ambitu suo. 300725. familias. Proximam. 600245. Alteram. 400352. quartam. 600001. Patremam. 300969. comprehendere colligunt. Cui earum rationes

Navaris potissimum
Vasconum nomen con
venit.

Olao Magno Aicobi ps (ut)
lib. ii. c. 40. de gentib; sep
Armenianis.

Tota Regio Vasconia, Gothica
lingua appellata fuit. idest
lahinij verbis (teste Alondo)
Gocia Occidentalis. Ego
autem puto Gothos Vasconi
am, non Vasconias a prin
cipio dixisse, quod vocabu
lum quavis usq; ad nos has
etates tenuerit. tamen mag
nas (ut conijcimus) muta
tiones in Provincia finib;
fuit temporis longitudo.

2/
acurate subduxerunt. Forma Reipublice talis olim fuit, stante scilicet Principum
Navanorum imperio. ut summa rerum penes Reges esset, qui nihilominus populo
ceterum erat obnoxius, ut ne quis dicere, nisi adhibitis Duodecim Procerum consilio,
neg rem aliquam arduam, aut magni Momenti, que ad Regni status spectaret,
inconsultis istis expedire liceret. Jurra vero, & libertates Populi incorrupta ille sag
servare, & pro viribus promoveri, in publico Conventu trium Ordinum (quosdam
vocat) qui ex Regni Antistibus, Baronibus, alijsq; precipue nobilitatis viris, &
Insignibus Urbium legatis, cogebatur. iuratus, conceptis verbis, antequam Regni
gubernacula caperet, repromittebat. Universa insuper que a Majori bello con
sequi esset, cum Proceribus se communicaturum, & pro Rata cuiuscumq; portione
divisurum, profitebatur. in Legibus etiam mutandis, aut de novo concedendis, illis
observabatur. Ut eadem ratas & firmas essent, que a Principe aut hore, populo
aut Curia ferrentur. In re Ecclesiastica subest universa fere Navarra Episcopus
Pompelonensi

De precipuis Navarre Regionis Oppidis atq; Urbibus. Caput 2.

Quinque illis que proximo Capite commemoravi Oppidis. tria sunt duntaxat
Civitatis titulo insignita. Pompellon, Stella, et Tutella. Pompellon totius
Regni Metropolis, et Oppidum vetere fortuna opulentum. Possitum est in loco
& fertilissima Convalle, editissimis Montibus undiq; tanquam Menibus circum
septa. Alluiturq; Arga fluvio. (qui Argus dicitur est, Eulogio Epistola ad Vivilianum
dum Pompellonensem Episcopum.) non adeo magno ~~impetu~~ ~~impetu~~
nusquam non vadoso, & navigiorum incapaci. A Pompeio Magno conditum
affirmant pleriq;. Testemq; in hanc rem citant Strabonem, apud quem tamen
Saud quaqueq; Conditum Nomen legitur. sed id tantum dictam Pompellonem
tanquam Pompeij Urbem. Cuius verba lib. 3. Geographiæ = Vetus inscriptio Cas
Cesari Vico Arge dicto, in aenea Tabulla, non ita pridem, reperta. Pompeione 3
Vocat. i. vocali, loco liquide. L. substituta, que Vox a nomine Pompeij, & a Vas
conica dictione. One, vel Vne, id est loci, composita est.

Nerone Claudio Cesare
Aug. Ger. 11.

Coesio Martiale. Cos. VIII.
idus Decembris. Civitas Pom
peionensis, Hospitium renovauit,
cum. L. Pompeio. 1. K. Ani.
in fine Anni primi Ianuam
PRIM. IANO

Libert.

Libervis. posterisq. eius. li

beris posterisq. suis.

Egerunt L. E. G. S. E. X.

Pompeius nepos. Sergius cretens.

Alia inscriptio dudum a N. Subica Senatore Pompelonenfi descripta
interq. eius Schedas reperta. cum precedenti consentit, in huius nominis
per. 3. i. vocalem inscriptione

Claudius quartinus. II.

Vivis. Pompei. salutem.

Et in Magistratus vestri
exequi adversus contumaces
potestis, et nihilominus. qui
Cautionibus accipiendis. de
sunt. sciant futurum. ut non
per hoc tibi sint. nam. & non
accepturum cautionem. peri
culum ad eos respiciet. et quid
quid praesens quoq. egerint
id communis onus erit. Bene
valere. Dat. Non. Octobris. Ca
lagorri. imp. Coes. Traiano
Adriano Aug. III. C. J.

Vernacula certe Vasonum Navarorum lingua. istud oppidum non Pompelo
sed iruna audit, id est vbs bona, occurritq. ei nominis in veteribus quibusda
monimentis abhinc sexcentos circiter annos conscriptis, unde conijcere quis posset
hanc fuisse primam. et antiquissimam illius denominationem. Nugantur
enim qui Mantus & Athangis nomen ei imponunt. A Pompeio denuo
augeii et instaurari potuisse non abruerim, unde Pompelonis titulum ve
teri nomenclaturae additum. Ad hoc anno salutis. 1129. aliud incrementum
accepit ab Alphonso Pompelonenfi et Aragonensi Rege, adiecta veteri op
pido. nova velut appendice. Burgo Sancti Saturnini. ut ex ipsius Regis
diplomate sequenti constare potest

Emp. D. Al'ano
Aid. 1129
Cia. 1167

In Dei nomine Sctj. Ego Adefonsus Dei gratia Rex. facio hanc Cartam do
nationis & confirmationis. vobis totis Francos qui populaveritis in illo
plano de Sancto Saturnino de Iruna. Placuit mihi libenti animo. &
spontanea voluntate. et pro amore quod ibi populeis. et fringetis &
bono corde. et concedo vobis quod habeatis tales foros in istas vestras fa
ciendas. et in vestro iudicio. quomodo fuerunt populatos illos populabres
de Jacca. Et concedo et mando quod non pectetis pedagium. neq. lesta Sctj
Facta charta Donationis Cia. 1167. mense Septembri. in Altagaylla. Sctj

S. Firmian

Hanc urbem suapte illustrem. illustriorem etiam efficit memoria Beati Firmiani sui vivis, qui patre Firmino. matre vero Eugenia Pompelonensibus civibus genitus a Beato Saturnino Christianus sacris initiatus. ab Honorato vero Tolosano Episcopo Pontificio Characterem insignitus. temporibus Decij & Valeriani imperatorum, prospera sanctorum fama vixit. & in Galliam studio propugnande Religionis profectus. Agennensibus. Avernis, Andegavensibus. Bellovacensibus et Ambianensibus Christiana fide per vulgata. iussu Valerij Sebastiani perfidus. in Ambianensi civitate pietatis ac Religionis odio obtruncatus. Divorum albo ascribi meruit.

Pamp. en esp de los Godes

Paruit Pompelon. post Romanorum ex Hispania decessum. imperio Gothorum iam a tempore Euridii Regis. a quo primo occupatam fuisse discimus ex his Theodori verbis. Anno imperij Leonis octavo Euridius pari se leve quo frater succedit in Regnum annu. 12. in quo honore prorexit. & cum ne statim bello deservit. pariterque Lusitanis depredatur. qui prius capta Pampilonam. Caesar Augustam invadit. totamque Hispaniam superiorem obtinuit. Terraconensium etiam nobilitatem quae ei repugnaverat exercitus irruptione peremit. In Gallias autem regressus Arrelatum & Malthiam vrbes capit. suae regno utramque subiecit.

Pamp. en esp de los Barbaros

Postea Gothis universa Hispania bello pulsas, a Sarracenis invasa est. et rursus anno Christi. 778. eisdem inde eiectis. in Caroli Magni potentiam venit. ut ex Reginonis Chronico colligitur. itemque e Paulo Aemilio in Caroli vita. quam partim e Gallis scriptoribus. partim e veteribus Vasconum Annalibus. qui amplius non extant, loculenter persequitur. Mansit autem diu satis in ipsius Caroli & posterorum eius fide, videtur tandem regnante Calvo. cum Abderramenis Mauri Regis furor. et in Christianos odium. omnem illam partem terrore complecteret. Calvo interea in Gallis civili bello implicito. Vasconum Reges. aut ipsa sua sponte subdito accersivisse. aut eisdem e proximis montibus sibi imminentes atque infestissimos. cum sustinere minus valeret. ultro intra Moenia admisit.

Stela.

Proximum a Pompellone locum obtinet Stella. cuius oppidi prima fundamenta a Sancto Ramirez Pompelonensi atque Aragonensi Rege iacta fuisse probat hoc idioma Diploma e Tabulario Coenobij Sancti Ispanis Pirinatensis erutum. et a Joanne Buz Martinez lib. 3. c. 9. Hisbris eiusdem Coenobij insertum. in nomine Sancti & invidis Trinitatis. Hec est Charta quam ego Sanctus gratia Dei Rex Aragonensium. & Pampilonensium facio Deo & Altari Sancti Ispanis Baptiste. de Monasterio quod dicitur Pinna. de Quadima. de illa populatione quam noviter velle facere in villa quae vocatur Lizarrara. Volebant illi Monachi de Sancto Ispane. facere populationem de Francos. in illo suo termino de zarapuz. in camino de Sancto Jacobo. & ego volebam mutare ipsum caminum. per Lizara. et facere ibi Castrum & Populationem de Francos. Sed quia de neque locus de Lizarrara. et in meliore saluetate. quam ille. ubi ipsi volebant populare. dixi illis. ut consentirent mihi. cum bona voluntate.

Fundacion por el Rey D. Sancho Ramirez Era. 1128. Año - 1090

ut facerem populationem meam. et non essent murmurantes adversus me. pro hac causa. et darem eis Decimam partem. ex omnibus rebus. quas Deus. pro sua pietate. mihi dare dignatus fuit. ex ipsa populatione. quam ibidem potero facere. illi vero annuentes. consenserunt mihi. itaq ab hodierna die et deinceps ego sic concedo. & offero Deo & Sancto Iohanni. in usus de illa Camera pro vestimento et calciamento Monachorum. ibi Deo servientium. Decimam partem ex omnibus rebus. quas Deo largiente me habere contigerit. ex supra dicta nota Populatione. idest. de lezta. de Centu. de homicidijs. et de iudicijs. de calomnijs. & de omnibus omnino rebus. ut habeant & possideant iure perpetuo. Similiter quoq concedo eis. omnes Parochianas ecclesias. quas in eadez populatione. fuerint facte. cum omnibus iuribus sibi pertinentibus. ut sint libere & ingenue de Sancto Iohanne perpetualiter. Et adhuc unum do eis solarem. ut ipsi se adoptaverint. in quo possint facere bonas Casas ad habitandum. Hoc dictum superscriptum. Deo alaori animo habeo eis. ut perpetualiter possideant. nulla persona Regali vel episcopali contradicente. Facta carta Aera. 1128. anno ab incarnationis Domini. 1090. Regnante Rege illo phonso in Toledo. et in Castella. et in Gallia. me autem Rege Sancto regnante in Pampilona. et in Aragon. & filio meo Petro in Subaravi. & in Nissa Cortia. & in Montson. Episcopus Petrus. in Jacca. alius Petrus Episcopus in Pampilona. Raymundus Dalmau Episcopus in Asta. Aymenay Abbat in Sancto Iohanne de Pinna. Raymundus Abbat in Legeventi Convento. Et ego Sanctus Regis. Ego Petrus Regis filius. signa. Ego Alexiphonius Dei gratia Rex Aragonensium. supra scripta Patris mei. & fratris laudo & confirmo. et manu propria subscribo. in Aera. 1128. Si. t. gram. Alexiphonius Regis Ego Garthas iussu Domini Regis. hanc chartam scripsi. Et hoc signum feci. ✠.

D. Sancho Ramirez
 reinaba en Panp. y
 en Aragon. 7 su hijo
 D. P. en Sobrance. en
 Ribagorça 7 en Monçon

Sed quidquid sit de prima origine istius Urbis. cuius conditorem vnicum. hunc Regem Sanctum Ramirez faciunt Hispani scriptores precipuum certe illius auctorem atq constitutorem fuisse Gartham Namiresium Pompelonensem Regem. Angli scilicet vero Sanctum huius Garthas filium. probant duo firmis auctoritatibus Monumenta. que hic referentur. Primum eorum est diploma quoddam ab eodem Sancto Garthas filio concessum civibus Stellanis. quo leges istas Garthia Namiresio. cum de condenda urbe cogitaret. concessit confirmat ac sancit his verbis -

Fueros de la ciud de
 Stella. dados por el
 Rey de Nav. D. Garcia
 confirmados por su
 hijo D. Sancho -

In Dei Nomine esta es carta de auctoritat & de confirmacion. qd Sancho Rey de Nav. fultz del Rey D. Garcia Jay a totz los omes de Estela. als qui son presentes. et als qui son per venir. per lo bon servici. que vos me faitz totz dies als omes de Estela. als qui son e seran. aquels bonz frs q donats Rey D. Garcia als pobladors de l' Estela quant primerament la pobla. et los frs son a tals. Tot primerament lo Dona q no anaten en ost. sino con pan de tres dias. Finis autem diplomatis sic habet. Aquestos frs q son debant escrivts doneyey. & otroyey et confirmey a

a tots los omnes de Estela, als Maiores et als menors. als qui son presents. et qui son per venir. et altres fillitz. et altres filles que en l'Estella poblaran q los aian de libres et francos. et salps. salva la mia fidelitat. et de dotz aquels. que seran apres mij Rey en Navarra per dotz temps may.

Et temps q io Don Sancho Rey de Navarra Reyroy e Pampalona. et en l'Estela. et en el Croynn. et en la Estela. et en Tudela. et en Alva. Ruy Martiney en Maraynon. Pedro Ruy en la Estela. Gil de leorin Alcalde. Pere Guillen Prevost. Julian Sagon. Pere Guillen de la Raga. Sanctio Ramirez en Leguin. & en Sangolla. & en Tunes. Semen de Ayvar. en Roncal. & en Carataytz. Sancto Esquerria. en santa Maria de Villue. & Cabanos. Martin de lect e Peralta. Semen Aynaveytz en Tafaylla. Aynar de Rada. en Falces. et Valdierna. Pedro de Aracuri en Leraga et en Tudela. et el Croynn. Signum Sancti Regis Navarre. Pascalius de Oro me scripsit. & et Johs. Superiora Gasconica lingua parum hispanis. atq adeo Franciis familiari scripta sunt. hoc modo latine vertimus.

Hec sunt Tabulle auctoritatis et confirmationis. quas Ego Sanctus Rex Navarre filius Regis Domini Garcia. facio omnibus civibus Stellanis. presentibus & futuris. ob ea bona servitia que mihi quotidie prestat. civibus Stellanis. qui existunt. vel existunt. illas bonas leges quas dedit Rex Garcia. Novis incolas Stelle. cum eam primo incolis frequentare cepit. Sunt autem leges huiusmodi

Primo eis concessit ne in exercitum irent. nisi cum tridui comitatu. Utq Postea enarratis prolixè ijs legibus. hec in imis Tabulis subiicit. Tempore quo ego Dominus Sanctus Rex Navarre. Pegravi Pompelone. & Stelle. et in Lucronio. et in Stella. et in Tutella. et in Alva. Ruy Martiney tz. en Maraynon. Utq

Diploma istud atq etiam ipsas leges Stellanas. e veteri membrana. que in Tabulario Regio Parisiensi recondita latebat. exscribendi mihi facultas fuit beneficio Petri Puteani viri clarissimi. et de me. ac de meis studiis optime meriti. Alterum monumentum est. aliud Diploma eiusdem Sancti Regis in gratiam Monasterij Vracontis. huiusmodi tenore concessum.

In nomine summi et atheni Dei. Notum sit omnibus huiusmodi presentibus & futuris. quod Ego Sanctus per Dei gratiam. Rex Navarre. dono et concedo libere Domino meo Jesuchristo. et Monasterio beate Margarethe. et Sancto Abbati. et Monachis ibidem Deo servientibus. illam ecclesiam Sancti Iannis. quam facio fieri a predictis Monachis. in populatione de Estella. quod ego populavi. ultra Pontem Sancti Martini. iuxta villam de Lizama. & iuxta Rupem Sancti Michaelis. in Parrale meo proprio. Hanc autem donationem facio pro remissione peccatorum meorum. et pro Anima uxoris mee bone memorie Sanctie. et pro animabus patris et matris mee. & omnium parentum meorum. Utq. Ego Sanctus prenominate Rex. hanc Chartam fieri iussi. & hoc signo meo corroborati. Facta Charta sub Aera. 1225. Regnante Rege Sancto in Navarra. & in Alava. sub meo Dominio Petro.

D. Sancho Rey de Nav dice Reinaba en Pamplona en Estella. en Logronio. en Tudela y en Alava

Otro Pteo. del mis mo Rey D. Sancho al monest. de Vracon.

Sancha Reyna. su muger

Era. 1225 Ano. 1183

Episcopo in Pampilona. Fernando Roderici. tenente Stellam. Petro Ramirez vicem
nam & Sanctam Crucem. Michael de Levatayz. Luciam. Sancho Ramirez
Maragnon. Encano Almoravid. Nybam. Petrus latone Sangossam. Rufus de
Alfaro Sayfallam. Semen de Bannucta. Trevino. Petrus Garcey. Artafona.
Garcia Petrus de Muiceta. Rodam. Coelene de Drig. Aricoz. Martinus de Subita San
gossam veterem. Petrus Guillelmi. Prepositus in Stella. Gabne in predicta Popu
labone. Ego Fernandus Verbitensis Archidiaconus. et Domini Regis Cancellarius.
de mandato Domini Regis. hanc Chartam scripsi. Et hoc signum. f. meum

Ciudad de Tudela

Tudela sequitur civitas florens & nobilis. ipsa fuit opportuna. possessa et enim ad
arantem Iberum. loco ad exercendum cum finitimus Commerciis accommodato.
Ponte annis continens vingitur lapideo. eleganti opere temporibus Sancti Regis
huic nominis ultimi. iude et impensis Regis edificato. De huius urbis vetustate
aut origine nihil suggerunt libri. aut vetera Monumenta. Hoc solum constat
ab Alphonso Pompelonensi et Aragonensi Regi. Mauris eruptam. deinde Rotroni
Percicenti Comiti. in premium egregie in bello contra Mauras navarę opus. conces
sam fuisse. Atque tamen illam in Dominio Regum Pompelonensium exstisse.
docuit Garibayus lib. 22. c. 28. sua Chronici. Leges & Privilegia ab Adephonso im
petrare nequit. Sanctionis est. ut iure illo que Supravientes vocant vteretur.
scriptis ea de re Codicillis. Era. 1155. quorum nos hic. non integram suam. ne
lepore fastidio sit. sed pimum duntaxat caput. quod ad rem presentem facere
videbitur. pro ut ex autographo quod in Pompelonensi Camera Nationum extat.
scribere licuit. referemus.

Prin. del emp. D. Alf. el batallador

In Dei nomine. Ego Adephentus Rex Aragonis & Navarra. ac filius Regis Sancti,
cum consilio et providentia virorum meorum nobilium. et Curie mee. qui me
per Dei gratiam adiubaverunt capere Tutellam. et alia circumadjacentia. dono.
Concedo omnibus populatibus in Tutella. vel habitantibus in ea in Cerbera. &
Gallixienco. illos bonos Foros de super Arbe. ut habeant eos. sicut meliores Infan
cones huius mei Regni Vtj. Facta Charta mente Septembri. sub Aera. 1155.
Signum Alfonsi imperatoris. signum Regine Margarete. signum Comitis
Dalpentina.

Super Arbe - N.º

Reyna Margarita

Sanguesa

Tutellam exiit Sangossa. et ipsa Prefecture cognominis caput. Divisa olim
in veterem urbem et novam. illa conditorem agnosuit Sanctum Ramirez.
Aragonensem et Pompelonensem Regem. Hec vero Alphonsus Sancti filius
ut ex istius Alphonsi Codicillis hac de re datis. colligi potest. quos e veteri
membrana Tabularij Regis Parisiensis descriptos hic ad verbum representamus.

Prin. del emp. D. Alf.

Sub Christi nomine. et eius Divina clementia. Ego quidem Adephentus gratia Dei
imperator. Placuit mihi libenti animo. et spontanea voluntate. et facio hanc cartam
vobis totos populatores de Sangossa. de illo Burgo novo. prope illo Ponte. iuxta illo
nostro Palatio. qui modo ibi est. et in antea ibi veneritis. populare. ut faciatis
ibi Burgo in illa via que vadit contra Valle. Et dono vobis Fuero. quale dedit
pater meus Rex donno Sancti. cui sit requies. ad illos alios populatores de illo
Burgo Vieylo. Et dono vobis termino de illa via que vadit contra Coras. usq
Abbe. flumen Aragon traia ille hermo. Et dono vobis quambis ibi populare
ritis in illo termino de Sangossa. vel vbi melius poteritis & habeatis.

Era. 1160
Ano. 1172

illura francum & liberum et ingenuum, vos & filij vestri, & omnis generatio vel
 posteritas vestra. Salva mea fidelitate, et de mea posteritate per secula cuncta
 amen. Similiter dono vobis Tayllare & lignare in eo Monte. & in illa fylva de
 Biscal. & in illa fylva de Sancti Valhaldy & de Teyre de in illo Monte de Peyras.
 Et nullus homo qui habuit hereditatem in illa Buigo Diello. non volo ut populet
 in illo Buigo novo. neq nullo Infencion de nra terra. sed dono ibi ad Fortunyon
 Garceiz Casal, uno Catal. & alio Catal. Atosjo maris Alerino. et villo ut non ha
 beat alium Senyore si non me. Et nullus homo qui vobis pignora verit. in istis
 Montes supra scriptos. peccabit mihi. 60. s. Et dona de Garvia. Lapis meo Alerino
 uno Catal. — Signum Adephoni — Signum Regis — Nanimet
 Et dono vobis lignare & tayllare. et pascuere in illos Montes. & terminos de
 illis aliis villis in circuitu de Sangossa quantum potueritis in illo die andare
 et tornare. Facta hanc chartam in Mense Februarii in Aera. 1160.
 in villa de Ancon. in Regno Barce. Regnante me Dei gratia in Aragon. &
 in Cornipitania. & in Super Sab. vel Ripa gerucia & in Castella. et in Bur
 gos. & in Tutela. & in Coesar Augusta. Episcopus Domingo Raymundo Guilielmo
 in Aeta. Episcopus Stephanus in Ossa. Episcopus Petrus. in Coesar Augusta.
 Episcopus Popinnus — Episcopus Sanchus in Calahorra. S. Enneci Conlinder.
 in Sangossa. S. Fortun Garceiz Casal. in Ma Jara. & Lope Garceiz in Seha.
 Palmone Cayzo in Tarazona. Lope Joannes in Arnedo. Joanne Diaz in
 Argueda. Mo Fortuyno in Falas. Et ego Sanchus sub iustione Domini nostri
 Regis hanc chartam scripsi & de manu mea hoc signum feci
 Fuisse tamen etiam temporibus Romanorum in eisdem frequentatum hunc locum
 persuadet antiquus lapis qui in eius Ponte adhuc visitur. Romani litteris
 scriptus in hec verba.

CORNELIA SIBI. ET
 CORNEL. CORNEL
 LIO. FIR. M. LIBER.

Era. 1160
 Ano. 1122

Super Avi-

Andalusium Vrbis

Andalusium urbem. cuius Tholomeus meminit, hunc situm occupasse conij
 re magis possum ex eplo Tholomeo, quam a ferme pronunciare. id vnum
 tamen pro certo habeo. illos contra Melte. Ptolemei & itinerarij auctoritate
 niti. qui Uturissam urbem hoc loco statuunt. Cum enim Uturissam Ma
 grada allui testetur Mella, quem fluvium omnes consentiunt ipsum met
 esse. qui nunc Vidaso dicitur. qui e Montibus Itacarre septentrionem spe
 tantibus demissus, per Vastanensem pagum. non procul a Pontarrabia
 oppido. Oceano immergitur. Ptolomaici quoq numeru graduum longitudinis
 & latitudinis Uturisse appositi. ad eundem pagum nos ducant. Author deniq
 Itinerarij. in itinere ab Asturica Burdegalam. Uturissam [que non est dicitur
 sa ab Iturica.] inter Pompelonem & aquas Tabellicas ponat, 22. milliarum
 intervallo. duntaxat inter Pompelonem & eam interiecit. luce clarius est.
 ex mente horum Authorum. non alibi. quam in illo pago istius urbis sedem
 investigandam esse

Olitum vrbis

Restat Olitum. quam Urbem olim Oligitim vocatam fuisse & a Vas

Joannes Magnus lib. 16.
c. 16. Historie Gothorum
Deinde Vastony (trata de
Cinthila) in vicinis terris inus
pore ausos. non solum fossi ma
nu reperio. Verum etiam sub
iugabris coegit. et suis sumpti
bus et laboribus Civitatem
Olitenses edificarent. etc.

coribus coactu Suintille Regis conditam, seu potius instauratam. superiore
libeo diximus. Carnaculo tamen Varonum lingua Criverni, dicitur. id est
Oppidum novum, ipsa quoque vocis Ologis nota. Vastonica est, significat enim
eadem lingua Ologuini. Locum pane ex avena confectis abundantem.
Tardius hęc ceteris urbibus Prefecture prerrogativam obtinuit. a Carolo enim
Rege huius nominis. 2. primam hęc rei et concessam esse, ostendunt monu
menta quaedam. quę in Camera Nationum Compellone asservantur. sita
est ad annum. Cicadam, ubi agro et frugum. animalium omnium ge
neris fructuum feraci, itaq; illius amplitudine olleca posteriores Reges longam
ibi moram traxerunt, Carolus autem huius nominis. 3. edificatis ibi Abbey
Regis magnificis atq; superbis. claram eam atq; illustrem reddidit.

Alię varieg & multę
Urbes

Sunt p[ro]vincie aliquę illę urbes non ignobiles, & quę usq; suffragij cum preceden
tibus. in publicis Provincis conveniunt habent. ad quos hęc Principis aut
eius Vicarij solent convocari, id est bonę urbes nuncupan
tur, nimirum. Puente la Reyna. Viana. Mendred. Cumbros. Tafayla.
Villa franca. Ushade. Anaguil. Vmoz. Dal terra. San Steban. Echarr
de Aranas. Aguilas. Aoy. Tomalba. Conella. Caseda. Mendigorria. Aylar
& Villalba. quibus superioribus seculis accedebat Urbs quondam, nunc vicus
ignobilis. Noncavallis. vulgo Burpots.

Puente la Reyna

Puente la Reyna ab indigenis et aculis. Caris. nuncupatur. cuius nominis indicio
istius urbis antiquitas patet. cum Plinius lib. 3. c. 3. inter eos populos. qui
Coesar Augustani concordantur erant. Carenses, recensent. Dividebatur hęc
pariter in veterem & novam urbem. et nove quidem peculiariter Pontis
Regine cognomen inditam. veterem vero a Garcia Ramirez Rege amplif
catam fratribus Hierosolimitanis Temple Regis manere concessam fuisse.

Pro. del Inf. de
D. 62 177
Nov.

Ego Infans Garcia Rex Navarę. do & concedo vobis omnibus hominibus. qui
populatis atq; ex inde populaverunt in illam meam villam vohulam. quam
desi fratribus Militie Templi Salomonis. talem. forum. et tales vsaticos. quem
admodum habent homines de Estella. & de Ponte Regine. in omni iudicio
et Foro. Veruntamen illi persolvendo predictis fratribus Militie Templi
Salomonis. uno quoque anno pro Domibus. quas tenent in censu. Sty. Verum
tamen super hoc marido. et confirmo quod alius iudex. non iudicat eos pro
aliqua calunnia. nisi iudex de Stella. vel de Ponte Regine. & hoc in omni
iudicio & Foro. Et hoc fiat per infinita secula. Facta charta & Precepto in
ecclesia sancti Jacobi de Ponte Regine. 1170. & sunt testes. Robert lo frances.
Bernard Calmar. suus francus. D. Arnaud. lo Rey Pere Gordon. Pere Ram
on. lo Saxon. Lope del Palacio. Simoẽ Boalea. Garcia de
la Cambra. Ego Rex Garcia istam cartam iussu facere. et mea manu
hoc signum feci.

Ca. 1170
Ano. 1132

Hoc monumento confirmantur qui a Joanna Regina. Philippi Franco
rum Regis cognomen Putschu uxore. Pontis Regina nomen huic

oppido accersunt. Aliter Agamne, qui e Montibus Navaræ qui Aquitaniaz
Mastrimara attingunt devolutus, in galea Pompilonensi agro. hinc Muris
proter labitur.

Viana

Viana in Confinio Navaræ atq; Castellæ iacet, non procul ab Ibero amne.
Caroli 3. Regis beneficio magnopere nobilitata et, cum tam Principatus
Titulo ac prerogativa affuit, adiectis ipsius ditioni plurimis Oppidis, vicis atq;
Agris confectis, eam hoc incremento auctam, tum primum Carolo Nepote
ex Filia Blanca, mater et in posterum reliquis Regum libere nati maximis
Regni heredibus designandis, utendam, fruendam, concessit. datis de hac re
litteris Tutelæ 20. die Januarij. 1422. quæ recitat Pasquier in collectaneis
Regum Navaræ.

Tafalla

Tafalla olim Alta Falla, et in veteribus aliquot monumentis legitur, in cu
bit fluvio Cicada una tantum leuca distans, Ordo, cui nec soli decen
tate, nec opportunitate situs, neq; vlla alia re cedit. A partem Regibus ipsa
quæ aliquandiu frequentata, ad Aedibus Regijs amplissimis et splendidissi
my, eiusdem Caroli 3. Regis iussu, cura, et impensis extractis, insignis - utitur
Oppidi tanta et elegantia, et amplitudine, ut de his hoc velut Adagium in
communem omnium esse Hispanorum ore versetur. Tafalla & dicit flor
de Navarra

p. nisi potius siti essent loco
Araciel dicto ad Zborum

Cascante

Sunt quoq; et aliæ Urbes antiquitate celebres, ut Lumbier, Vasconice Trumbem
unde illiberitani populi apud Plinium lib. 3. c. 3. Huarte, Araquil, Ara
Celi, auctore itinerarij, unde apud eundem Plinium Astrolitani populi.
Cascantum olim Municipium Romanum, ut ex veteribus nummis iam diu
docuere Paulus, Merula, et Prudentius Sandevally, idem fortale cum eo
Oppido, quod Ptolomeo Bascontum et, proclivi errore duarum litterarum,
quibus Bascontum, a Cascante discrepat.

Andosilla

Uen Andosilla, si vera et coniectura Prudentij Sandevalij, qui eam cum
Andogegijs Plinij confundit.

Tarraga

Et tandem Tarraga, siquidem ut arbitror eadem et cum Tarraga
Plinij & Ptolomei, iam hanc de Navaræ Urbibus lucubrationem
absolvere, si modo de situ Gracurij Urbis pauca dixerim, illam Sempronio
Gracho originem iuxta ac nomen debere diximus ante, ex fide Authonij Epi
scopi, quam tamen dubiam et incertam facit auctoritas Testi Pom
peij, aut illius qui Testum in Epitomen contraxit, in voce Graccurij, cum
fuisse ante Sempronij Grachi tempora eo loco urbem, non solum subindicat
Ullurgis nomen ei attribuit. Huius Urbis situm in eam partem Navaræ
ubi vicus Laccunniaga dicitur, vel Aicas, oppidum est, trahere videtur Ptole
meus, siquidem numeros graduum latitudinis, & longitudinis quos ille sub
iit, rite perpendimus, tamen mendosos esse hos numeros, evincit auctoritas
itinerarij, quod Asturica Tarraconem petentibus, inter Virovescam, &
Caesar Augustam, Graccurim obijt, sexaginta quatuor Milliaribus Coelæ
Augusta distantem. Cum enim auctor illius itinerarij in itinere a Vapinu
Gallegiam, inter eadem oppida, Virovescam inquam et Caesar Augustam

Gracurij

Ullurgis

De Graccurij Civitate lib.
I. c. 45. de los Anales

Cascantum & Calagurim urbes ostentet. illam. So. franc autem. 79. miliaribus
passuum a Coedis Augusta remotam. nihil exploratius. quam aut Graccuzim
inter easdem positam fuisse. aut saltem ab utraq parum abfuisse. An autem
filius ratio Alfan. aut Cervore oppidij male conveniat. iudicent qui illorum
locorum perfectas natiuitatem habent.

De Primo ordine hoc est, Ecclesiastica. qui publicis conventibus.
interesse solet, de inferioribus Sacerdotibus Navarra. cap 3

Decursis Civitatibus atq Urbibus inter quas. e re nata. illas attingimus. quarum lega
ti in publicis Navaræ conventibus tertium ordinem. hoc est. plebeum represen
tant: congruenter apteq ad id. de quo agitur. fiet. si de alijs ordinibus de primo
scilicet. qui ex Antiquis insignium Ecclesiarum. et de secundo. qui e Nobi
libus constat. de insignioribus item Sacerdotibus. ac de nobilium gradibus varijs.
aliqua dixerimus. Primum itaq insigniora Sacerdotia lustranda sunt. in
quibus Principem et veluti supremum locum obtinet Pontificatus Pompelonon
sis. Huius diocesis fines latiores multo fuere olim. quam ipsius Navaræ. cum
a Meridie etiam Callicum amnem; a Septentrione vero Oceanum Cantabri
cum attingerent. longitudo vero inter Pireneos Montes. & Iberum fluvium
consisteret. sicut celebri diplomate. quod Prudentij Sandovalij opera non ita
pridem lucem vidit. testatum relinquit. Pompelonensis ecclesie fautor iuxta
ac instaurator eximius, Sanctus Rex Pompelonensis. qui Maioris cognomen
tulit. = Termini (inquit) huius Episcopatus sunt sine vlla dubitatione
sicut ego ab antiquis et Sapienibus viris in veritate provabi. et nunc tenet
Dopnus Sanctus predictus Episcopus. eiusq antecessores tenuerunt. & de occi
dentis parte sicut ipsa penna Punicasta. et penna de Maianione dividuntur.
usq ad Iberum fluvium. et quemadmodum ipse Iberus dividit usq ad flu
men. quod dicitur Gallicum. et a Gallico flumine usq ad villam que dicitur
Calcones. intus stantibus villis. videlicet Murello. et Augurio. Castel marco
Eliso. Sarra Castello. Tolosana. et Valle de Ostella. cum lta Estremadura.
Et ex alia parte sicut dividit Vallis de Aragona. usq Copello ipsa valle.
intra terminum huius Episcopatus. stante cum Valle de Pintano. et villa
que dicitur Allo. et Lerbes. atq Monestium Sancti Salvatoris de leior. que
manet in diocesi huius sedis. Ex alia vero parte lta Vallis de Roncal &
Saracaco. atq Aezua. Et Vallis de Erro. usq ad Capellam Sancti Salvatoris.
que dicitur Caroli magni. Et a Capella Caroli. usq ad portum de Velate.
usq ad Sanctum Sebastianum. que est situm super Ripam Mais Oceani
cum vallibus subscriptis. scilicet Lerim. Diarum. Lavayon. Verastegui.
Araynz. Larraum. Aravia. Osau. Ernani. Seyar. Tihar. Vraugui. Goyaz
Erretzil. Leyza. Areso. Egozqueta. Ezcuma. Olarumbe. Zmaoz. Aulia. Jan
samias. cum omnibus supradictis vallibus. et obda Uozcoa. Ex alia igitur
parte. lta Vallis de Araguil. quod dicitur Sancti Marci Zamartey. & cum
sua Ecclesia Sancti Michaelis de Excelsis. cum eorum pertinentijs atq
Burrunda. usq ad Ernate. et usq ad Sanctum Adrianum. & a Sancto

D. Sancho el mayor
Piev. señala los termi
nos del Obispado de Pam
plona

Vallis de Aragona

Uposua de la Diocesi
de Pamplona

Adriano usq. ad flumen, quod dicitur Vidato. & aliud flumen quod dicitur Deva. usq. Corica, ex alia adhuc occidentis parte monti dividit vally & Albine. similiter sta. vally, quae Amestea vocatur.

Ipsi tamen Pontificatus amplitudinem non e solo ^{subiec} ~~tantum~~ illi terrarum spa-
tio metiri oportet. quod in longitudinem. Go. leucas, Hispanicas, etidem in latitu-
dinem patet. sed ex ea etiam quod quatuordecim Dignitatum ecclesiasticarum
titulos. ac duo & viginti Canoniconum. sex Rationariorum ut vocant. &
24. Capellanorum gregem. sine suo amplectitur. Totius vero Dioecesis
ambitu. vnde viginti Ditiones quae Archipresbiteratos dicunt. & 133. par-
tium campestris comprehendit. Plurimae etiam ecclesiae istec acerbitates
& gravia incommoda a Mauris perhulit, donec tandem post longam iacta-
tionem Pompilonensium Regum gremio blandè excepta, prae suam inco-
munitatem. & dignitatem. non integram modo. sed etiam meliorem & cu-
mulatiorum recepit. & Regibus vero illos maxime propitios habuit. qui Sancti
nomen vsu parant. ut ex varijs Diplomatum Sancti Maioris. Sancti
Narcisii. & illius qui sapiens dicitur est. constare potest. quae quia a Sancto
vallis in Catalogo Episcoporum Pompilonensium recitata sunt. non duxi-
mus hic repetenda.

Multum etiam debet Pietati Petri Rotae Tolosani, qui Sancto Remirez, et Petro
eius filio regnantibus. eidem praeiit. ob strenuam & largam in ea resar-
cienda est. exornanda, novatam operam. Hic inter alia quae utiliter & ex
usu Ecclesiae praestitit. Ecclesias vally Oselle in Aragonia, quae a Episcopo Jacen-
si contra us occupate fuerant. ad suae sedis dominium & possessionem revoca-
vit. Aedi quoque primariae (quae beatae sacra est. edificanda. primus serio & gravi-
ter incubuit. cuius rei monumento. positi sunt pro foribus ipsius Aedis sui
verby.

Virginis ecclesiam Praesul sanctissimus olim
Hanc vexit, sede Petrus in ista fecit. & Aedem
Ex qua sancta pie Domus est incepta Mariae
Tempus praetentum fecit annos. milles Centum
Ex incarnati de Virgine tempore Christi.

Postremo Canonicos eiusdem ecclesiae a saeculari vita ad eam. quae Regula Beati
Augustini astringitur. retraxit. ea quae victui necessaria erant. unicuique eorum
large impertitus. ut ipsius litteris hac sermo confectis. quae in eiusdem sedis
Tabulario extant. continentur.

Notum sit. hanc chartam legentibus vel audientibus. quod Ego Petrus Pampi-
lonensium Episcopus. Canonicis regulariter viventibus. in eadem sede tam
praesentibus quam futuris. Ecclesiam beatae Mariae ipsius sedis liberam dedi cum suis
pertinentijs ac Decimis. cum sua radice. et cum omnibus quae ad eam pertinent.
vel postea pertinuerint. Adieci etiam ad victum Canoniconum Archidiaconum
naturum. qui circuit urbem Pompilonam. et Molendinum superius & inferius
ad Claustrum faciendum. ac Domos. Dedi quoque ecclesiam de Tafaylla.
Sanctum Romanum. cum valle de Orba et Rabalacetam. Ecclesiam q.

3. part. Anul. dicitur de Obanos. cum valle de Carthacolum. quae de quibus (quod et iuris Episcopalis)
ad vestitum confitti. Decemiam vero de curia reditibus Ecclesiarum huius
Episcopatus & de omnibus quae Episcopi et Canonici habuerint. ad Elemsynam
tradidi.

Hospital en Roncesvalles
So regnante florebat in Xenodochij modum ultra Pyringum ad ipsius Mon
tis radicem extitit. eod. quod indicat istud Innocentij. 2. Summi Pontificis Di
ploma. super ab eodem Sanevalla publicè iuris factum.

Innocentij Episcopi servus servorum Dei. universis Dei fidelibus ad quos littere illae
perveniant. salutem & Apostolicam Benedictionem. Honor et reverentia quae pijs
suis impenditur. omnipotenti Deo praedictio exhibetur. Elemsyna liquidem. qui
Dei nostri opus interpretatur. si solita consideratione pensatur. non est donum sed
mutuum. et quod civiti pauperibus ministratur. in presenti saeculo autorem suum adu
bat. eiq. in futura premium aetheris retabuntur oportet. Nos hoc nimirum intuitu
venerabilis pater noster Sanctus Episcopus Campitanensis in loco qui dicitur Ronces
vallam ad susceptionem pauperum et peregrinarum. Hospitalum. Domum & ecclesiam
in honorem beati Mauri pro sua devotione construxit. quam nimirum ab eodem
fratre nostro. alijsq. devotis viris benedictam. sub beati Petri Apostoli & nostra
protectione suscepimus. & cum omnibus rebus suis. apostolico Privilegio communi
vimus. quam ob rem caritati curas agendo. mandavimus atq. in peccatorum veni
sionem vobis iniungimus. quatenus a Deo vobis prestis ad eundem loci sustenta
tionem opportuna subsidia tribuatis. hoc sciens quod omnibus beneficijs eius
Apostolicam benedictionem gratiam imperimus. et eos qui tan venerabilem locum in
festare presumpserunt. dignis animadversionis sententijs subiuigamus. Datum in
Territorio Aragnensi secundo Nonas Maij.

Huius Xenodochio. unam e. Canonicas. Sae. ecclesie. praeficit Sanctus. qui rem familiarem
procuraret et egenis atq. egrjs. praecipua parerent. qui opus essent. provideret atq. eroga
ret. fuitq. iustitiam ipsam Xenodochium in communi patrimonio Episcoporum Pom
pelonen. ut ex Prescriptis ab Eugenio. 3. et Adriano. 4. Romanis Pontificibus
ad confirmandas. et auctoritate. Prae. sancendas. praes. legitiones eidem ecclesiae
a quibuslibet. quocumq. tempore. factas. laes. continetur. Sed postea ad Tutelam &
procuracionem. Prioris & Fratrum Monasterij Sancti Chustini in Aragonia deve
nit. ut ex simili Prescripto ab Innocentio. 3. in gratiam eiusdem Monasterij laes
colligitur. ubi nominatim. Prioris. et Fratrum. Possessio Roncesvalensis
Xenodochij confirmatur. Pluribus postea laes. funditis. Decimis. et alijs. Pote
stionibus. more Principum et nobilium aliquot. huiusmodi. tot in suam fami
liam. Sacerdotes. illis. et iam Collegio constituenda. suffecturi viderentur.
omnium maxime Sancti Regis. Iuris nominis. vltimi. cognomen. Fortis. muni
ficentiam. Expertus. est. eiusq. opera & impensis. illam. quam modo ostentat. ampli
tudinem. et elegantiam. consequutum. creditur. Ideoq. ipsius. cineris & Ossa. sibi. su
premy. Tabulis. remandata. religiose. custodit. Quibus. deinceps. tertio. decimo
saeculo. beneficio. summi. Pontificis. novam. Collegij. formam. accepit. Permissumq.
Priori & canonicis. ut fructus. Xenodochij. inter se. dividerent. tertia. tantum
parte. in usum. pauperum. seposita.

Diximus de Sacerdotum Colegijs nunc celebriora Monasteria peragranda sunt. inter quae
si vetustatem & Regum affectus attendamus, uere sibi primum locum vendicet
Legerense. Sancto Salbadori sacrum. parum a Sangossa distans. Ordinis quon-
dam Benedictini, nunc Cisterciensis. Ennecone Arista Rege conditum credi-
dere nonnulli. esse tamen longe antiquius. probat Anbrinus Lopez. Centuria 4.
Chronica Benedictini ad annum Dni. 840. c. 2. Beatorum Martiani martiris
et Episcopi Pompelonensis. Nihilominus et Alodia Virginum & martyrum. nec
non Virginitatis Coenobij Abbatis. sacra reliquia ibidem studiose conserua-

Monasterium Hira-
xense

Monasterium Hiraense Virgini matri dicatum. ordinis adue Benedictini. paucis milli-
ribus abest Oppido Stella. illius primam Originem quae a Garcia Rege Sanctij
Maioris filio repetunt. eque refelluntur ab eodem Rege. centuria 3. ad annum
815. c. 1. Prudentius quoque Sandevallius in Catalogo Episcoporum Pompelonen-
sium proleptis Tabully p[er] cuiusdam lazzitionis. eidem a primaria muliere nomi-
ne Dona. Elia. facta fuisse iam anno. 928. celebre ostendit. Mondolet nomine
designatur. ab Alexandro. 3. Pontifice Maximo. in quodam Diplomate anno
1172. 8. Kal. July eidem Coenobio concessio. B. Veremundi sui alumni atq[ue] Abba-
tis. (cuius pietas regnantibus Sanctis Remireno. eiusq[ue] filio Petro in Navarra
enituit). sanctitate magnopere illustratum est.

Monasterium
Fiterij

Monasterium Fiterij. in confinio Navar[ae] atq[ue] Castell[ae] positum diu inter ambos Re-
ges Navar[arum] et Castell[anum]. ambigui iuris fuit. Sed tandem Guido Epis-
copus Portuensis. summi Pontificis in Hispania legatus. et arbiter bonoru-
um ab Henrico Castell[ae]. et Casalo Navar[ae] Regibus constitutus. sententia[m]
secundum Navar[arum] dixit. Ad Sanctum Navar[ae] Regem huius nominis.
ultimum. Garibayus lib. 24. c. 5. et a Chrysostomo Enriquez in Menologio Cy-
torcensi pluribus et demonstratum. Prima illius fundamenta. non apud Fiteri-
um. sed in loco cognomento Vergue. qui in Castell[ae] finibus est. iacta fuisse auspi-
cjs Castellani Regis. labore Durandi Coenobit[ae] Scal[ae] Dei. in Bigor[ne] Comitatu.
qui in Hispaniam propagandi ordinis Cisterciensis studio transierat. Ad
Lerza. rursus translata et h[ic] religiosa Domus in locum - Niencabal-
dictum et tandem. Fiterium. ab Abbate Raymundo Calatrav[ae] ordinis ins-
titutore. qui ob eximiam pietatem et vit[ae] sanctitatem inter Divos cense-
ri meruit. fuit autem oriundus non Turisone. ut suspicatur Lopez. sed
Oppido Sancti Gauden[ti] Nobouanensis in Comitatu Convenarum. ut ex
sequenti narratione constat. quam a Hieronimo Alava Fiterij coenobita.
pio iuxta ac horum litterarum studiose. accepi-

De castra Calatrav[ae] quae habetur inter Scal[am] Dei. & Fiterium. nulli dubium est.
Domum Fiterij esse filiam Scal[ae] Dei. Hec autem domus Fiterij minus caute
se contulit. in Calatravam. cum inconsulto et inrequisito patre suo. scilicet
Abbate Scal[ae] Dei. de propria auctoritate. plenarie transfulerit. sub Raymundo
supradicto Abbate primo Fiterij. qui fuit uir sancti Gauden[ti]. quae quidem
translatio iure haberetur. secundam formam et instituta ordinis Cisterci-
ensis. nisi pro parte dicti Regis Sancti Castell[ae]. & Ludovici Regis Francia
et etiam Ducis Burgundie. ab universali Capitulo Cisterciensi confirmata

fuisse, et similiter a Calatraba Civolis propria auctoritate fuit translata. & postea
a Civolis ad Corcalay, & Corcalay ad Buxetum Itz. Et paulo post. Cum omnes
istay Domus sicut filias hodie visitat Domus Scala Dei, inter hęc Abbey Scala
Dei destitutam Fiterij Abbatiam & novo instituit. sibi a predicto Abbate Raymun-
do quondam derelictam. constituendo & novo ibi Abbatem. illi vero Monachi
& Fratres. qui & Fitero iverunt Calatravam. ibi remanserunt, nec ultra rever-
si sunt ad Fiterum.

Monasterium
Niba

Monasterium Oliva. in Ora Navarre quę Aragoniam spectat positum et
huius quoque conditorem iactam Garbayu. eundem Sanctum Regem
cognomento Fortem. seu inclusum, in quo pariter hallucinatur: fuisse enim
diu ante conditum. temporibus scilicet Garisq. Nandoz huius Sancti ad
probatur proximo Diplomate. quod ab alio Sancto. prioris patre, Garus vero

*
Siev. del Rey de
Nav. D. Sancho.
et ~~Sancho~~ Sabio

In Christi nomine. Ego Sanctus Navarrorum Rex. ad honorem Dei. qui honorat
tes se honorat. et ad salutem Animę meę. et remissionem meorum peccaminum
et Anima Patris mei et matris meę. & parentum meorum. Offero. et concedo. &
dono omnipotenti Deo. & beatę Marię Olivensis. et Bertrando eiusdem loci Abbati.
& fratribus ibidem Deo servientibus. tam presentibus. quam futuris. in hereditate
villam quę dicitur Carcaellum cum omnibus in se existentibus. vel ad se quale
cum modo pertinentibus. cum omnibus terminis & pertinentiis suis. cum pratis
et Pascuis. et Solis. et aquis. aquarumque regatibus. cum Cremo. & populatu. cum Engu-
libus et regressibus. Confirmo etiam huic Donationi quicquid pater meus ei dedit.
cum videlicet de Oliva. Enussam. & Castellum novum. cum omnibus terminis
et pertinentiis suis integriter et potenter. Omnia vero superius comprehensa
bono animo. et spontanea voluntate concedo et dono Domino. et eius genitrici. B.
Marię Olivensis in hereditate propria & franca. et de meo iure & dominio trado ea om-
nia. et transfero cum omni integritate in ius. et Dominium beatę Marię Olivensis et
venerabilis Bertrandi ipsius loci Abbatis. omniumque ibidem Deo servientium fra-
truum. tam presentium. quam futurorum ad habendum perenniter et retinen-
dum. ac iure perpetuo possidendum. Et qui super hoc meum donativum fecerit
vobis aliquam contrariam. perdat meum Amorem. & pectavit mille solidos.
signum Regis Sancti. Ego Sanctus per Dei gratiam Rex in Pampilona. & in
Stella. et in Tudela. Episcopus Sanctus in Pampilona. Comite Vela. in Alava.
Rodericus Martinus. in Maranon. Petrus Roiz. in Stella. & Gallipienso. Sanctus
Ramirez in Legrim & in Sangossa. Semen de Aybar. in Roncal. Semen Azna-
iz. in Tafaylla. Sanz Esquerria. in Santa Maria de Vns. Martin de Teet in Petra
alta. Aznar de Nada. in Falca & in Battered. Petrus de Alacurri in Logronio &
in Tudela. Ego eximinius per manum Petri Scibe Regis. hanc chartam scrip-
si. et hoc signum feci.

Donaciones

Nec et ut quisquam dubitet. quoniam istud Diploma Sancti patris. non autem
filij sit. cum inter alia argumenta quę id astrunt hoc unum occurrat per
quam certum. et minime fallax. quod inter ea Oppida quę a Principibus viris.
auctore Rege possessa enumerantur in calce Diplomatis. more illis temporibus

recepto, Lucronium continetur. quod in Sancti filij ditione, nunquam fuisse. fuis-
se autem in ditione patris, nullus est in Historicorum nostratum lectione, tam-
parum versatus. qui nesciat.

Affirmam et aliud Diploma ad confirmandam vetustatem huius Coenobij. potestatem
ea quam illi Garibayus concessit. in quo & illud animadverti oportet. hoc ipsum
Coenobium Abbatibus Titulij. velut patres & auctores suos observasse. in ipsorum cen-
su et Dominio aliquando fuisse. Prefectum autem istud diploma editi scripturae diem
15. Kal. octobris. annum vero. 1147. Et ab Eugenio Pontifice maximo concessum
Monasterio Terquae. quod postea Titulium translatum fuisse supra monuimus
Eugenius Episcopus. servus servorum Dei. dilectis Raymundo Abbati de Terqua. eiusque
fratribus. tam presentibus quam futuris. Regularem vitam professis. Pp. —
quodens illud a nobis petitur quod Religioni et honestati conderere dignoscitur. ani-
mo nos decet libere concedere. et petentium desideriis congruum impertiri suffragi-
um. Ea propter dilecto in Domino filio vuestro iustis exultationibus clementer
annuimus ac prefatum locum Terqua. in quo divino mancipati estis. obsequio
sub beati Petri. et nostra Protectione suscipimus. & presentis scripti Privilegio commu-
nimus. Statuentes ut quascumque possessiones. quascumque bona in presentiarum iuste &
Canonice possidetis. aut in futurum possessione Pontificum. largitione Regum vel
Principum. oblatione fidelium. seu alijs iustis modis Deo propitio poteritis adipisci. fir-
ma vobis. vuestrisque successoribus. & illibata permaneat. in quibus haec proprijs duxi-
mus exprimenda vocabulis. Terram videlicet de Terqua. cum decimis. pascuis. & per-
tinentijs. locum de Oliva. cum terris. grangis. decimis. pascuis. & suis pertinentijs.
Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum locum temere per-
turbare. aut eius possessiones auferre. vel ablatas retinere. minuire. aut aliquibus
vexationibus fatigare. sed omnia integra conserventur. eorumque pro quorum guber-
natione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis.
Apostolice auctoritate. et Diocessani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in
futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens
contra eam temere venire tentaverit. secundo tertio ve communita si non satis
satisfactione congrua emmendaverit. potestatis. honorisque sui dignitate careat. reamque
se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. & Sacratissimo
corpore et sanguine Dei. et domini nostri Jesu Christi aliena fiat. atque in extremo
examine. distictus ultioni subiacet. Cunctis autem eidem loco iuxta servientibus
sit Pax domini nostri Jesu Christi. quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant.
et apud districtum iudicem premia aetheriae patriae inveniant. Amen. Amen.
Amen. — Ego Eugenius Catholicae ecclesiae Episcopus. — Ego Albertus Hosti-
ensis. Episcopus. — Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sancti Angeli. — Ego Jo-
hannes Diaconus Cardinalis. Sanctae Mariae novae. — Ego Sanctus. Diaconus Car-
dinalis. S. Mariae in Cosmedin. — Ego Humbertus presbiter Cardinalis. tituli S.
Iohannis & Pauli. — Ego Albericus Presbiter Cardinalis. tit. Sanctae Anastasiae.
Ego Guido. Presbiter Cardinalis. H. Palatii. — Dat. apud Cistercium per
manum Hugonis. presbiteri Cardinalis. agentis vicem Domini Guidonis. Sanctae
Romanae ecclesiae. Diaconi Cardinalis et Cancellarii. 15. Kal. octobris. indict. 10. incar-
nationis Dominicae anno. 1147. Pontificatus vero Domini Eugenii Papae. 3. anno

Eg. 1181
Ans. 1147

Monasterium
Trancu

Monasterium
Vrdaxiente

17) Monasterium Trancu dictum eiusdem Ordinis. Petro Paig Episcopo Pampelonensi in gratiam Nicolai fratris. qui in Coenobio Curig Dei in Gallia. huius religionis voto se obstinzerat. institutum fuit anno. 1176

Monasterium Vrdaxiente. ultra Pysingum. in extrema Hispania ora. & in ipso pene Gallic vestibulo. collocatum est. De cuius condite tempore atq; autpribus nihil certi habes quod affirmem. Augustiniani frater ibi olim domicilium habuere. usq; anno 1220. Successerunt patres Pymonstratenses. quibus etiam nunc permanet stabilitas & illibata huius Coenobij opes. Non esse diversum ab Vrdaspalenti monasterio. cuius Eulogij in epistola ad Vuiltesindum Episcopum Pampelonensem meminit. persuasit affinitas nominum Ambrosio Morali in Scholis ad eandem Epistolam. et Antonio Tepez Cent. 4. ad annum. 843. c. 2. Sed cum Hurdaspalis nomen integrum cum vetustis Aedij reliquijs ad nostram usq; aetatem in valle Noncallensi manserit. quemadmodum observabit Sandovallus in catal. Episcop. Pampelon. potior mihi huius sententia videtur. quam aliorum: quin nec monasterium istud usq; adeo protracta vetustate esse crediderim. ut cum Eulogij aetate coherere possit. praesertim cum in notis Episcopatum & Monasteriorum. quae ab hinc quadringentis circiter annis. in libris Cancellarie Normannae scriptae reperiuntur. Monasterij Vrdaxientis. sub Baionensi Episcopo (in cuius Diocesi ita est) mentio nulla existat

Horum Coenobiorum Abbates in publicis Provinciis conventibus. qui nunc tertio quoque anno celebrantur. una cum alijs Proceribus. et praecipuarum Urbium Legatis. & Republica consultant. et in iis rebus quae ad ipsius salutem & commo- dum spectant deliberant. primi secundum Episcopos. priorem Militum Hierosolimitanorum. et Noncavallij. & Tutellae Collegiorum Antistes. suffragium ferunt

De Nobilibus. qui secundum Navarria ordinem constituunt.

De eorum muneribus & Dignitatibus — Cap. 4 —

Nobilium inter Navarros non eadem omnium Dignitas. neq; par honoris praerogativa. sicut neq; unica species fuit. Distinguebantur enim in Infantones. sive Hidalgos. in Milites. sive Caballeros. aut Caberos. in Mercedarios. (quos stipendarios vocare possumus. & in Ricos Homines. id est Divites. quos latina lingua Barones nuncupabant. De his omnibus copiosius diseruit Hieronimus Blanca in Aragonensium rerum commentarijs. Vocabulum Ricos. fuisse. qui a duabus ultimis syllabis nominum propriorum Gothorum aliquot Regum. quae in Ricus cadebat. deducere. quae notationis ratio Ambrosio Morali lib. 3. c. 5. merito displicuit. quatinus eidem Blanca arrisite videatur. Ego cum latinam divi- ty vocem apud Marinum Sanctum. vulgarem quoque Ricci apud Joimullum in Historia Ludovici noni Francorum Regis. item apud interpretem veteres legum a Iohanne Rege Angliae Baionensibus civibus concessarum. qui eae e Latino in Gasconicum vertit. usurpatae reperiam. pro viro Prepotenti. & ex eorum numero. quos Optimates vocamus. non aliunde Ricorum Hominum nominis originem petendam esse existimaverim. quam a communissimo

Vocabuli Ricus intellectus. quo vir multarum opum & facultatum copia instructus designatur. Solebant enim Navaræ Reges e numero potentissimorum & locupletissimorum Equitum Regni sui. quosdam eligere. quibus consultoribus in rebus arduis & magni momenti decernendis, et adiutoribus in bellis gerendis reverentur. Horum etiam fidei munitissimi Acer. atq; Oppida concedebant. illorumq; census ac vectigalia sepe cum iurisdictione ipsorum Honorarij nomine largiebantur. quos latine Militis. vulgari autem verbo Cavalleria nuncupabantur. Horum Ricorum naturam his verbis declarat Alphonsus Castellæ Rex cognomine Sapiens in legibus Partitarum lib. 6. tit. 9. part. 2. Los nobles son llamados en dos maneras. o. por linage. o. por bondad. e como quier q el linage es noble cosa. la bondad pasa e vence. may quien lay a ambas. este puede ser dicho en verdad. Pato dime. pues q es Rico por linage. e dime cumplido por bondad. e ellos an aconsejar al Rey en los grandes fechos. e son puebs para fermosear su corte. e su Reyno. Sed planius adhuc Ricorum. seu Baronum munia. aperit Caput. 1. lib. 1. veteris iuris Navarrici hoc modo. Et que Rey ninguno. que no oviere poder de facer Cort. sin consejo de los Ochos hombres naturales del Regno. ni con otro Rey. o Reyna. guerra. nin paz. nin tregua. nin faga. ni otro granado fecho. o. embar gamiento de Regno sin consejo de doce Ricos hombres. et doce de los may ancianos sabios de la tierra. Et pauto post. Et los doce Ricos hombres. o. sabios oden jurar al Rey sobre la cruz. et los Evangelios. de curarle el cuerpo. e la terra et el pueblo. et los fueros ayudarli a mantener fielment. et oden betar su mano.

Rici Homines

Tales enim Barones sive Ricos. a Regibus Hispanicis creari solitos. Suiusce Creationis infigne. & veluti Notam. aut Symbolum fuisse Vexilij & Atheni seu tympani (vulgo pendon & caldera) traditionem. annotavit Hieronymus Gudiel in suo. de Familia Guzmanâ commentario. quod a Regibus Navaræ observatum sit. nec ne. non habeo quod affirmem. nisi quod in formulis harum creationum que adhuc extant. et quarum unam. aut alteram hic apponam. nullum huiusmodi ritus vestigium apparet.

Carolus Dei gratia Rex Navaræ. comes Ebroicentis. universis his litteras inspecturis. Salutem. Nos consideratis bonis. honore. fortitudine et personæ dilecti nostri. et fidelis Petri Lucij. nobilis. Sutarij. Et etiam bonis & gratis operis. quæ maioribus nostris. nobisq; impendit. amehac. cumq; in posterum impensurum speramus. eius personam honore afficere. & ^{distatum} augere cupientes. illum fecimus. creavimus. et constituimus. facimus. creamus et constituimus his litteris. Ricum hominem nostri Regni Navaræ. commodis honoribus et emolumentis solitis ei prestandis. Mandamus universis subditis nostris. ut eundem Petrum. pro Ricò homine reverent. eiq; pareant. Item Thesaurario nostro Navaræ. nunc existenti. et deinceps futuro. ut eidem Ricò homini solvat et prestat singulis annis decem marcas Sicombriam. aut ab alijs solvendam et prestandam curet. modo solitis. Item dilectis et fidelibus nostris Fiscalium Rationum Prefectis. ut quod eis in eam rem ab ipso solutum consti-

terit, id ei in expensum referant, et de summa accepti detrahant. in cuius rei fidei
his litteris sigillum nostrum apponi iussimus. Datum. 26. Junij. 1350. Per Regem
eiusq. consilium. Robertus.

Ex altera formula que sequitur. illud proterea colligitur. motus fuisse Regibus. cum
primum Coronam Regiam et gubernacula Regni assumpturi essent. aliquos
vicos creave. honorarium item Ducum. Seny. Militibus constitisse. que tamen
non raro a Principe ad natum augebantur.

Castly &c. Cum nos tempore quo Coronati fuimus occissemus in Nicum
Hominem Regni nostri. nobilem et dilectum nostrum Arnaldum Raymundum
Gramontanum. et ipsius rogatu. s. Militibus seu Cavallerias que ei dedimus. &
concessimus. Honoris seu Honorarii nomine. tanquam Nico Romini. placuit nobis
ut reiperet modo in sequenti. Et mirum est idem nobilis habeat ad instar tribu
ti. quandiu nobis libitum fuerit. Urbem nostram Baltha. item comitorum
notas. seu confiscationes. res mobiles. & reditus &c. Datum mense Septembri
anno. 1350.

Mesnaday

Mesnaday. a Mesnada (que vox a Mesonada contracta est. derivaturq. a latino
vocabulo Mansio) nomen habent. videntur sic dicti tanquam Domestici
Principis. aut in eius familiam cooptati. Posterioribus enim seculis Mansionis
vocabulum. pro Domo usurpatum fuisse pauci ignorant. & evincit hodiernus
Gallie & Hispanice lingue usus. Hic autem Mesnaday accepto ab Aerauo Prin
cipis annuo stipendio. eaq. plerumq. ad vitam. continuato eidem bellum paranti
presb. esse. et ad ipsius nuntium in Castis morari ac militare adigebantur. eaq. re
maxime ab alijs nobilibus differabant. quibus post tranactum a lege p. p. huius
tempus. e bello discedere impune licebat. ut ex hoc capite Fori. seu iuris veteris
Aragonie patet.

Les Infancons an For ab lo Rey. que vaian ab el a bataylla campal. o a son Castel.
si se li alcan en la tierra, et cant anssi iran ab par de. 3. dies. et si plus demo
rem en ast lo Rey. les a danar leurs obs altres. 3. dies. et del plus en la voluntat
dels Infancons es de estar hi, fora aquels qui son Maysnades. o. Soldades.
idet. Hoc iure utuntur Infancones seu Nobiles cum Rege. ut cum eo ad pug
nam procedant. aut ad eius Cartum. si quis contra eum in Regno insurrexit.
et tunc. cum comitatu tridui progredientur. & si diutius in exercitu moren
tur Rex eis necessaria administrare debet altero triduo. ac deinceps in arbitrio
Infanconis vel Nobilis erit ibi immorari. exceptis istis qui Mesnaday. seu sti
pendiarij sunt.

Mesnadariorum munus magna ex parte videtur expressum proxima formula. su
perioribus seculis in institutione cuiusdam Mesnaday adhibita. quam e lodi
ce Forensium Actorum illorum temporum (Reperum vocant) excerpti.
ubi cum hac inscriptione. *Table de grace de Mesnade. idet. Tabulle con
cesse Mesnade. legitur.*

Karlos por la gracia de Dios Rey de Navarra Conte d'Euveux. a todos qua
tos las presentes letras veran. ni odvan. Salud. Facemos saber q. nos confi
devando los bonos & agreables servicios. que el nuestro amado Guilielmo.
Arnalt de Belunne estudio. a fecha a nuestros predecesores & a nos en lo

tiempo a venir, avemos dado e otorgado, damos e otorgamos por el tenor de las presen-
tes, la meata del Molino de Beoteguy, et la diezma de la otra meata del dicho Mo-
lino con cinquenta e quatro Saldos morlanes del Ceramanage a nos devido en la
villa de San Pelay, al dia de quaximado, a tenor de su vida et non may, en ma-
nera que de aqui adelante yllh sea tenido de nos servir el mesmo con un hom-
bre de cavalla bien armado por espacio de quatroenta dias en sembla, a por-
a su proprias Mensuras et expensas a defension del nuestro Regno, dentro del dho
Regno, o de fuera, en tiempo de guerra, o de paz, en victas de... o encabalgas
das, et en todo otro caso qualquiere... por el qual por nos, o nuestro lugar teni, por
nuestro gobernador, o por otro de nuestro mandamiento li sera mandado, et si may
adelante del dicho tiempo quedamos en servicio, nos la diavamos tales... q a
los otros hidalgos del Regno qui semejable servicio nos fariam... Guillierno
Ay mayor e tomar el dho Molino, e su precio en etab debido. &... obras q a
nos pertenec, facer en aqueyllos meyllorando & non apeorans de manera q
despues sus dias nos viengua en tan bon estado, o mejor, como agora el dho mo-
lino... Pero Sanz de San Pelay por precio de veynie libras cada año... En
no nuestra intencion es q por este servicio q serido, q se fazer en especial e yllh
sea excepto de nos facer aqueyllos provisiones en q elz, e los otros fidalgas de
nuestro Regno en general, nos son seridos de facer cada q el caso aviniere,
e si por aventura conecia q el dho Guillen oviese de fallido de facer las cosas sobe
dichas, o menas precuando los nuestros mandamientos del nuestro lugar enient
del nuestro Gobernador, o otro de nuestro mandamiento tarzasse, o no, qui fiesse
complacer a queyllos, et servir como dho es, queremos et nos place, q nuestra pre-
sente Donacion no le valgua, may li sea tirada del todo, e torne a nostra mano.
& delagora por enbng por tenor de las presentes lea privamos. Datur in
Tudela primero dia de Marco, anno. 1350. Par le Roy Taven

Vexillarium

inter nobiles omnes eminebat, ne Rix quidem aut Baronibus exceptis qui
Vexillarij Regi munus gerebat. Alferis vulgo dicitur, a voce latina Aquilifer
que Vexillarium denotabat, ob insignem Aquilae Romanorum imperatorum
Vexillis infirmi saluta. Huius partes erant Regis Vexillum in Bellis pfer-
re. Fuisse antiquissimam hanc Vexillarij dignitatem, & in ipsius Regni
Primordijs, et velut in curabulis enatam, citra dubium est. Siquidem Inneo
Ximeneri Regi (qui, et si aut prius, ut quibusdam non infirmi subleji sup-
tribus est vissum, primis certe Regibus proximus, etate aut imperio fuit)
veteres Tabule Coenobij legerentis anni 139-a Sandavallio in Catalogo Episco-
porum Pompelonentium recitat. Vexillarium tribuunt seu Aquiliferum,
ut ibi dicitur. Ignatium de la Lane, Vexillarij etiam Codex legum Navarrae
num. c. 1. lib. 1. Regi eligendo necessitatem imperii Vexillarij instituendi.
Et el Rey que aya fidalgo, para su mandatos. Et Moneta Jurada en su vida.
Et Alferis & Seynna Caudal. Mansit hae Dignitas ad tempora vq Joan-
nis Aragonij, qui Blanca viouij nomine Navarram rexit, at hoc regnante
Carolo Beaumontio Vexillario, vita functo, cessavit, inq eius locum insti-
tutum est Muny Constabularij, illudq Ludwico Beaumontio Caroli filio,
(cui spanna Blancae soror, non tamen ex legitimo nata coniugio, nupservat.)

21
Marescallus

collatum ea lege, ut filio nato maximo ex hoc matrimonio procreando, velut hereditario iure cederet; cui legi non sua defuit auctoritas, siquidem in Ludovici posterius Ducibus scilicet Alve, qui affinitatum nexu in Belmontiam Familiam se in servaverunt, durat adhuc Constabularij Dignitas.

Marescalli munus, vix dum antea in Hispania cognitum aut receptum, primus in Navarra administravit Martinus Enríquez Lacarranus, Alexius Martini Enríquez (qui Karolo. 2. in Navarra regnante, Vexilliarum officio summa cum laude functus erat) filius, in cuius gratiam tunc firmum a Carolo. 3. in titulum fuisse crediderim, qui deinde extincto Lacarrano, eandem Dignitatem concessit Gotho suo naturali filio, Cosely Marchioni. Hic autem post patris obitum, cum a Sorore Blanca & ab eius viro Iohanne Aragonio se fecisset ad Castellanum Regem, dignitatem simul cum omnibus bonis quae in Navarra Regno possidebat, amisit. Marescalli itaque munus, postea Philippo Navarro Leonely filio datum est, in cuius posterius eius familia diu velut hereditarium mansit, donec tandem deficiente ipsius stirpe ad Lacarranorum Abitenlium familiam, velut iure postliminij rediit. Rursus Lacarrano sine liberis mortuo, Philippus. 4. Hispanis Rex, Marchioni Falco qui e Peraltarum genere est, illius munus gratiam fecit.

De Concilio seu conventu publico trium ordinum Navarrae:
et quibus de rebus in eo ageretur, item de Ritu Regum inaugu-
randorum. Cap. 5.

Concilium locum & diem indicere, Regis erat, aut si is a Regno abisset Regis iussu ipsius legati, seu Vicarij, alterutroque itaque accitu ad locum destinatum confluebant Regni Antistites, Barones, alij nobiles, & praecipuarum Urbium legati. Indicendi causa, aut solennis et ordinaria, aut fortuita & extraordinaria erat. Primi generis concilium celebrabatur quotannis, vel altero aut tertio quoque anno consue- mandae Reipublicae causa, ipsiusque idem legibus ac institutis componende, nam si quid a iudicijs, Magis, tribus, aut Regis Praefectis, in iure dicendo, aut in alijs ad officium suum pertinentibus peccatum, aut contra ius et consuetudines Regionis factum, esset, si quid etiam a Rege in fraudem innate populo libertatis ac immunitatis, aut contra mores vel preceptos admissum, illico ex parte laetae Curiae emmendabatur, et insuper nova lege, si res exigere, ne quid simile fieret in posterum cavebatur. Ea vero quae dubia aut controversa inter Regem ac ordines relinquebantur, honorarijs arbitrijs ab utraque parte selectis delegabantur, causa cognita ipsorum iudicio aut arbitrio finem habitura. His peractis, aequam Curiae dimitteretur univervi ordinis Principi ultra summam pecuniae muneris titula offerbant, eaq. subinde vitium conferebatur, quae pro bonae accepta, etiam necessitatibus subveniebat, usitata iam multis ante saeculis apud alias gentes more, ut de Germanis Tacitus, de Francijs Bedegarius & auctores ante Ludovicum 14. scriptum reliquerunt. Partium hinc iuris factum comperio a Navarrensibus, aut novo Regi gratulantibus, vel vigente Principem rei familiaris angustia, aut si dos filiae dicenda.

paet, vel efflagitantibus sumptum solito maiorem bellis: sed postea seu avari-
 tia, seu continuata late necessitas Principum. Varum 300 et voluntarium
 erogandi officium in anniversariam consuetudinem venit. quod ne populo
 fraudi esset. Carolus Rex huius nominis tertius concederent ne, an se regarent.
 huiusmodi munera, id totum in Ordinum, et Populi arbitrio ac natu state,
 neq. Principi ius esse quicquam ab inuitis exigere. Tabellis obhignatis professus
 Et. quae huic loco non alienas duximus.

Carlos por la gracia de D. y. fuemos saber q los tres estados de nuestro Regno. al
 dia de oy data de las presentes. a nuestra requesta e rogaria. nos an otorgado
 graciosament para sostenimiento de nuestros Estab. la imposicion de nuestro Rey-
 no. et quatro Coarteres por Aynno. para el tiempo de quatro Aynnos cumplidos.
 comenzados primero dia de Abril. primero venient. con las gracias acatun-
 bradas. et otras q nos avemos fecho. por delibramiento de nuestros pueblos. &
 singulares de aquellos. en tal manera q dos Coarteres cozederos en este aynno.
 goverent. q nos estan otorgado por los dchos Estab. aiam de ser comprados en los
 primeros quatro Coarteres q se debian uillar en el primer Aynno. & por qua
 de enjos q nos vinieros al gubernamiento de nuestro Regno cada Aynno. a de
 nos leuado de aquel la dca imposicion entegrament. & coarteres quando mas.
 quando menos. et algunas qdrian deir q por nos aver leitab en nuestro dcho
 Reyno en tan luengo tiempo la dca imposicion & coarteres. Nos et nuestros suc-
 cesores Reyes de Navarra. q en juer nos seran. podiamos alegar contra los
 dchos Estab. Derecho de Prescripcion. o Otro Derecho. Nos queriamos q por eylla
 aver nos seruido e dado graciosament de lo hcho. en todo nuestro tiempo. no sean pre-
 judicados. et donde merecan aver premio. no aian a conseguir danyno. por el
 por estas nuestras presentes letras. declaramos & certificamos. q los dichos Estab.
 de nuestro Regno. enjos q nos vinieros al gubernamiento & regimiento de aquel
 tiempo. & cada un aynno. nos an otorgado los dchos imposicion & coarteres a
 nuestra gran requesta. & rogaria. E no por otro Derecho q nos aiamos de tomar
 & levar aquellos. ni partida de aquellos. Queremos q por el a los dchos Estab. non
 sea. nin pueda seguir perjuicio alguno en su derecho. ni nos. ni nuestros sucesores
 podamos ni puedan aleguar en levar los dchos imposicion & Coarteres. prescrip-
 ni otro dcho alguno. en tiempo alguno. en alguna manera. Ity. Dado en
 Tafaylla a. 22. de marzo. 1474. Por el Rey q su grand Conseylo. Estellas.

Talis fuit Reipublicae facies. Stante olim Navarrorum Regno. nam post exar-
 Reges. Regnumq. ipsum a Castellanis Principibus. in Provinciae formam red-
 tum - Ceperit. res. ex insita ferè magnae Potentiae Principibus indole. non
 minus ex arbitrio Regum. quam ex auctoritate legum vendere
 Extra ordinem Concilium indicabatur. cum insolitum aliquid. & subitum in-
 cidebat. quod ordinum consilio decernendum. ac suffragio decidendum esset
 Tunc enim. si multum. adhuc temporis ad statum usq. solennium comitiarum
 tempus superesset. neq. natura negotij tantam moram ferret. libere Principis
 aut eius legati evocabantur iudices. de ipso negotio suffragium iniuri-
 Cause autem evocandi videntur ad haec capita posse revocari.

Pampelane. & en qui devant, l'autel. li Navarrois, le requierent que il iure sur
 Saints qu'il les maintiendra a leurs bons Fuers, & a leurs bonnes coutumes: et encore
 li requierent que il iure a tenir la Monnoye qui est a tel temps sans faire autre
 oug a douze ans, et dem qui en avant n'en face que une en toute sa vie: &
 encore li requierent que ~~il~~ les forcer que ses peres ou ses ayeuls ou ses becaye
 uls firent a tout, soient desfaictes par esgart de prendrez hommes qui y seront
 mis par le Roys, et par aus, par accord, c'est a sçavoir pour le Roys, et ~~pour~~
 pour le Prelat, et pour le Gentilz hommes, Chevalier, Gentilz hommes doivent
 estre mis qu'ils iuront qu'ils feront bien, & loyaument: & devant ceux vendot
 li demandeur, & li procureur le Roy pour monstrier son droit, & oyez les raisons
 et les defences, li Chevaliers qui seront mis, et qui orront, iugeront, & ce qu'il
 iugeront doit estre tenu, mais que li Roys ne truisse faulsete & en telle moierme
 maniere, li Roys & cil des bonnes villes met, tarent hommes des bonnes villes
 par accord pour ce mesmes faire. Et encore li requierent, que cil, qui sont forz
 de Navarre banni ou autrement, ce ne sont cil qui sont ugie pour trahison,
 ou s'il ne sont forz pour fame efforchie, ou pour brifier che mins & rober,
 ou pour des grands maux faits, soient rappelles, & puissent entrer au
 Royaume, devant pleige & kurte d'amende faize a eux ceulx qui d'auy se
 plaindront, et ce mesmes requierent il des prisonniers, se aucuns en y a. Et
 quand li Roys a ce octroye & ce iure, il le mettent tout sur un escu, & le tie
 vent haut, et dient tout, Roys, Roys. Et ce fait, li Roys s'en va a son hotel
 & cascun au sien, & va chascun l'aut il veut: ne autres feutes, ne autres
 hommages li Roys ne reçoit de Navarrois, ne il plus de lui que dit est.

Petrus Pitheus
 Gabriel Chapuius in lin
 gua Gallica scripsit his
 toriaz Navarricam

Hanc Epistolam ex vetere libro manuscripti Regij Tabularij Parisiensis. Eruit
 quidem Petrus Pitheus, ut in ipsius schedis videre conigit, mihi a clarissimo
 viro P. Puteano communicatis, eandem postea edidit Gabriel Chapuius in Calce
 Historiz Navarricæ Gallica lingua a se anno 1596 conscriptæ a Pitheo sibi tra
 ditam, ut ipse profetur. Et aliquot mendis vitiatam, nos autem illam ex
 ipsius Pitheij schedis a se descriptam sic fecit ad verbum latinam reddi
 mus.

Mi Charissime Domine, consuetudo & usus Regni Navaræ huiusmodi est
 inter Regnum & Navarras, quod cum Rex accedit Regnum assumpturus,
 convenit Domino vel ei qui illius vicem gerit, iubere adesse die certa ad Do
 mini arbitrium, Antistes Regionis, Divites, seu Nobiles Homines, & ex Equitibus
 quot quot ei visum erit, (multi enim accedunt non vocati) significatq; bonis
 Urbibus, ut mittant quosdam ex suis civibus ut fiant se Pompelonæ con
 stituta die, eaq; die, aut postidie, pro ut Domino libitum fuerit, ipsi et omnes
 Ecclesiam Pompelonensem virginis matris Sacram adeunt, ibiq; pro tra
 Navarræ rogant ut iuret per Sacrosanta se us bonas Fides seu leges et bonas
 Consuetudines conservaturum, ad hoc rogant ut iure iurando promittat
 se rem nummariam qualis tunc temporis erit, talem servaturum neq; ultra
 Duodecim annos, aliam constituturum, nec deinceps nisi unquam quandiu
 vixerit. Rogant insuper, ut que per vim atq; iniuriam a suis parentibus

Annu. 1005. perdurare. persuadere nititur Bizius ex fide veteris monumenti Coeno
bij Pinnatensij. sed corruptas esse illius etas. arguunt pleraq̄ diplomata ipsius filij
Sancti Maidri. annis. 999. & 1001. Pompelonensij & Aragonensij Regis titulo
emissa. testib⁹ Sandovalio & Garibaz = Eximinas vero Garcij uxores longē plus
etate processisse probat hoc monumentus Sancti. eius filij. q̄ ē Tabullano Pom
pelonensi Depromph

In Christi nomine. Itē. sit notus cunctis q̄ ego Sanctus Rex. vna cum matre mea
Eximina Regina. & uxore mea Dorna Maiore. filia Sancti comitis. dono animo
& spontanea voluntate. per nos. et omnes successores nostros. ob remediū Animę
cuz nostraruz. & parentuz nostroruz. Darnus & concedimus dominos meos. & eius
gloriosę Virginis genitrici Marię. & monasterio S. Ispanij de Pinna. in Aragonia
Provincia. villas de Lizagornia. cum omnib⁹ terminis. Itē. Facta charta donatio
nis & ~~confirmacionis~~ concessionis pagina. in Pampilona. Era. 1062. Regnante domi
no nostro Iesu Christo. ... Ego Sanctus tenens potestates in ... Pampilona. & in
Aragonia. in suprarbi. et in Ripacurcia. in Nagera. in Castella. & in Alava. ... et
nos filij Regis. Fernandus. Garcias. Gundisalbus. Ramirus. presentes ibi fuimus et
manib⁹ proprijs hæc signa fecimus. ... Sanctus Guillelmus. Comes de Gasconia. testis
& confirmans. Belengarius Comes Barinonensij testis. & confirmans. Man
cius Ep̄. Aragonensij Itē

Conde de Barcelona
confirmat. Denota
vasallage

Alterum Stemma quod postero Sanctij Maioris exhibitet. usq ad
Sanctium ultimum. cui inclusi Cognomen fuit - Cap. 14

El Rey D. Sancho el m
tubo dos hijos q se nombra
ron Ramiro -

D. Garcia et de Na
gera & D. Estefania

Sanctus Maior Reges, praeter Ramirum Aragonensium Reges, alius filius eiusdem
nominis habuisse, probat fuisse Sandovalium in Comenzis Monasterij - S. Amilli
ani, cuius auz in posterioribus Sanctus, aut aliorum monumentis nulla occurrat
mentio. ipsius patre superstitie obisse verisimile est. Vixit Sanctus ad annus
usq. 1034. aut. 1035. Maiora vero Munia, ipsius uxori multo longius vitas perdu
xit.

Garcia mortis (qui Sancto patri in Regno Navaræ, matris vero Maiori Munia
in parte Comitatus Castellæ successit) anno. 1054. contigit in loco Ataporca dieb
prelio exotiabili cuius facte Ferdinando Castellæ Rege inito. docent plerasq vetera
monumenta. Dies etiam obitus scilicet Kal. Septembrii notatur. quibusdam
tabulis Coenobij Pinnatensis. apud Britium lib. 2. c. 35. nomen interfectus
nullus expressit. praeter auctores libri. quæ tumbus nigrus Sancti Jacobi dicunt.
E quo hæc verba affert Sandovalius in vita Alphonsi. 6. Castellæ Regis. Era
1093. Occisus est Rex Garcia depugnans cum fratre suo Rege Ferdinando in Ata
porta. a quodam milite suo. Sancto fortunione. quia fedaverat uxorem eius. ille
edificavit ecclesiam S. Mariæ de Nagera. Causas vero fraterni belli paucis
attingit auctor Chronici Maleacensis. MS. ad annus. 1053. His diebus (inquit)
ita eventibus apud Hispanias gelus fuerat horribile bellum inter Heelan
dus. & Garsiones supradictos fratres. qui pro Regno Hispaniæ inter se inviden
tes. magnas certamen habuerunt. et Regnum sanguine fuso. superante Heelan
do desuper diviserunt. Naz Garsio occubuit. & ei nollens omnia relinquere
Uth. Garsias autem matris in parte Comitatus Castellæ successisse dixi. contra om
nium ferè qui hactenus. de his rebus scripsere sententias. dictu compluribus vere
tatis tabularum. quæ illius in Castella vetula. usq ad fluvium Salancoræ Regnase
referunt. nec desunt aliis quæ eius Regni limites Zamoras usq promovent. lego
di Sandovalius in Comenz. Sancti Amilli. f. 46. 48. & fo. & Ant. Lopez in Apu
dic. lmo. 1. n. 23. lmo. 3. n. 32. & lmo. 4. n. 21. Ipse Garsias celebri diplomate
quo Navarænsis Monasterij institutio continetur. his verbis Regni sui fines decla
rat. Est autem data. & Deo oblata se volentibus temporibus recurribus anni
ere millesime. cum supputatione nonagesime. die vero secundo. idu Decembrii
Luna vero quarta. diebus exactis diatychi. regnante domino nostro Iuachimo
cum patre & spiritu sancto. in secula seculorum amen. Sub eius autem imperio
Rege iam predicto Garcia. qui hoc testamentum fieri iussit. regnante in Pam
plona. in Alava. & in Castella vetula. usq Burgis. & usq in Buzias. & in
nente Cutelium. cuius sui terminis in Asturijs. Fratre vero eius Ferdinando Re
ge in Legionis. & in Burgis. & Ramirino Rege. eorum fratre in Aragonis
in Garcia Regis & Estefaniæ libens invenendis. non multus nobis laborandus
fuit. prout enim eorum nomina. tas in tabulis Testamenti Estefaniæ.
quæ nuper Sandovalius. in Cat. epis. Pomp. vulgavit. quæ in ipsius Gar
sias diplomatum. vno precipue. quo Coenobium Sancti Martini de Castiello.

23
dictus ecclesie beate Marie Pompelonensi largitur. Huius postrema verba. pro ut
in tabulario Regio Pompelonensi leguntur. sunt. Omnes filij mei. & Principes
Regni mei laudantes confirmant.

Dominus Sanchus filius meus
testis confirmat.

Fernandus Rex Gallicie fra-
ter meus confirmat.

Infans Ramirus filius meus
confirmat.

Remirus Rex Aragonie frater
meus confirmat.

Infans Raymundus filius
meus confirmat.

Infans Ermisenda filia mea
testis confirmat.

Joannes Episcopus testis confirmat.

Fortunio Episcopus confirmat.

Munio Episcopus testis confirmat.

Gutem Gutierrez confirmat.

Dopnus Petrus Abbas confirmat.

Galindo Galinez confirmat.

Deinde omnes optimales Palatii mei laudant
& confirmant.

Actus publice apud Nageraz.regnante Domino nostro Jesu xpo in Coelo. & in
terra. et sub eius imperio Ego Garcias filius Sancti Regis. in Pampilonia &
in Nagera. in Alava. & in Casella vetula. in Aera. M. Lxxxvii. x. Kal.
Maij. Luna octava.

Cum preter eos liberos. qui in tabulis testamenti Stephanie Regine enumerantur.
Garcias. alios etiam habuisse exploratissimum sit. Mencias scilicet & Sanctias. ex alia
~~iste~~ conuige natus fuisse consequens est. Adiuuat hanc coniecturam coniugium
Ferdinandi. Garcie fratris eius Sanctia Veremundi Legionensis Regis sorore. q. mul-
tis annis nuptias Garcie & Stephanie processit. Cuius facti paulo ante. 1040^{us} annu
celebratas fuisse. ex tabulis donationis propter nuptias a Garcia facte. que a San-
dovallio edite sunt. & ex alijs itoz tabulis ab eodem Garcia e re Coenobij Pinnaten-
sis conscriptis. apud Buzius lib. 2. c. 35. colligere haut difficile est. Nam si ad tem-
pus nondum Garcias uxores vllas duxisset. quis dubitat quin Ferdinando fratri
nato minori. in matrimonio Sanctie iure anteprehendus fuerit? Mencias autem
& Sanctias Garcie Regis filias fuisse probant affatim ea que ex vetustis monu-
mentis referunt Morales lib. 11. c. 74. Sandoval. in Cat. Epis. Pomp. fol. 65. in
Comment. monasterij. S. Aemiliani. l. 52. & in vita Sancti. 1. huius nominis Car-
telle Regis fol. 31. Ad hoc. cum pariter. extra Sanctius qui Penalenis obiit. alius
Garcie Regi fuisse eiusdem nominis filius a Noderico Toletano. Carolo Principe
& alijs non exigui nominis aut pub^o sit proditus. extare quoque in Monasterio
Masarensi. duos tumulos Garcie Regis filiorum. quorum utiq. Sancti nomen fue-
rit. testetur Ant. Tepez tomo. 3. cent. 4. cap. de Monasterio Hyratensi. religio
mihic fuit illis omittere: maxime cum nonnullis vetustis monumentis. Sanctio
qui postea occasione obitus sui Penalenis dictus fuit. Navarre Sceptri tene-
te. Sanctius infantes vixisse. nec vixisse solus. sed antequam Sanctus Rex
Placentias in matrimonium duceret. illum Constantias uxores habuisse elicitur.
& cui nihilominus. nulla eius inter ceteros liberos. in testamento Stephanie
Regine mentio fiat. non male. mea quidem sententia. ipsius prioru Garcie

Dos hijos Sanchos
dabo D. Garcia

conuigio adjudicabimas. Sed ne in re incerta atq; abdita. de meo sensu iudicare videtur. placet huc verba Sandrualli. e Catalago Episc. Pompel. fol. 60. adscribere. U Infante D. Sango de quien ai memoria. en vna Donacion q; en la Era. 1095. fizo el Rey D. Sancho el noble, luego q; comenco a Reinan, dando vn Monasterio llamado S. Miguel. a Sancho Fortuni. q; de caballero dio a S. Pudentio. Reinando D. Sancho en Pamplona y Najara. ob. de Truñea Juan. & firma. Infans Donno Sancho testis, vxor eius Donna Costanea. q; pues estaba casado. mayor debia ser q; el Rey su her. q; no lo estaba en este año. Del mismo Infante ay noticia. en una Carta de venta del Monasterio de Hyrache. fecha Era. 1099. vno de los testigos della es. Infans donus Sanctius. filius Garsii Regis. & dice q; reinaba D. Sancho en Pamplona. Najara. & en otros papeles del Monasterio de Hyrache q; ay fecha la Era. 1104. ay memoria de este Infante. q; tenia el señorio de Clave. Entiendo es este Infante a quien hicieron pedacos los Moros. con otros caballeros Castellanos en el fuerte Castillo de Rueda. como digo en otro lugar. = Ermisendaz vel Ermisendaz Garsii Regis filiaz. alia matre quaz Estephania fuisse editaz creditur Sandruallius. quasi in Estephanijs testamento inuenta fuit. in quo discedit a Garibano. qui lib. 22. c. 35. Estephanijs Ermisilde. seu Ermisende filij. Villaz mediana & Maues. eodez testamento legase testatur. Huius itaq; fidez sequit Ermisendaz inter Garsii & Estephanijs liberos numeravimus

D. Ramiro fue primer Rey de Aragon

Aragonensis Regni exordia. a Ramiro Sancti Maioris filio duxerunt hactenus vniuersi Hispanici vniuersi scriptores. sed Hieronimus Blanca. vt maiores illi antiquitatis laudes conciliet. ea alius a Sancto Garsii primo huius nominis. Enneconis Ximenonis nepote repetit. quosio colore ex eo q; in quibusdam ipsius. vt putat. actis & monumentis. non Pompelonensis tantus. sed etiam Aragonensis Regis titulo utatur. vnde ea monumenta non ad illum Regem. imo ad Sanctum Garsii. 2. Enneconis Ximenonis abnepotes pertinere ias docui. No vltim tamen negare Sanctum. 1. Aragonia potius fuisse. cui id disertis testetur Belasco. enimvero eaz Garsii filio. Regio nomine. vtendaz suendaz reliquisse crediderim. Summo imperio sibi recepto. qua lege etiaz Garsiaz. postquam Pompelonense Regnum adeptus est. ea Sancto filio. Sanctus vero. patre mortuo. Garsii disallo filio natu minori cesisse comperio. ita vt nihilominus Aragonia non tam Regnum propius atq; absolutus. sub iis Regibus. quaz Pompelonensis Regni pars ac proo quedam censenda fuit. quemadmodum Najara atq; Alava. quaz ditiones pariter Regni titulo erant concedoraz. Cuz itaq; Ramirus. Maioris filij primus omnium Aragoniaz. nulla in re Pompelonensibus Regibus obnoxiaz Regni nomine. optimo iure. a se suisq; posteris possidendaz. a patre accepit. vnde nusq; & absurdus iudicio aliaz istius Regni stipes querere

Puebase la ilegitimidad deste Rey D. Ramiro con los autores sig

Hoc loco Ioannes Buzijus aduersus Garibayus & alios. qui Ramirus nequaquam fuisse legitimo Sancti Maioris matrimonio prognatus. scriptus reliquere. Summa contentione certat; ipse autez proluxa oratione persuadere conatur. iustos inter Sanctus & Cayas (quaz Ramiri matres esse affirmat) interuenisse

25
nuptias, proindeq; Raminuz etiam in Pompilonensi Regno, tanquam maximaz natu
Garsiz fratri anteponendus fuisse. Unde tandem colligit Garsiaz, eiusq; posteror
Regnuz illud contra ius fasq; occupasse. Antequam Britij in hac disputatione,
rationes exequar, illud notare consentaneuz est. Temeré & maligné aut
mendaciter ab hoc scriptore Sanctuz Maiorez, insignes iustitia & pietate Prin-
cipez, in iniustitiz ovimen vocari, quati nobiscum blanditiz delentuz, fili-
uz natu maiorez, ex priore matrimonio susceptuz, avito Regno deurbavit.
ipsuz quoq; Garsiaz falso appetiti, vig & armis occupati alieni Regni reuz
feri. Nam etsi concederemus Britio veruz & legitimuz inter Sanctuz & Garsiaz
intercesisse matrimoniu, minimé tamen inde efficeretur Pompilonense Reg-
nuz ad Raminuz pleno iure spectasse. Si licuit aliquando illuz Regni Pro-
cerib; puzterituz Regiz defuncti liberis, aliu Regno puzficere, q; in Cartha-
ximenij, in Sancto Garsiaz primo, et in Sancto Raminu factuz novimus, idemq;
sepiuz in Legionensi, seu Asturuz Regno observatus fuisse docuit Morales lib.
3. c. 10. lib. 16. c. 1. & alijs locis. Quidne liceret Navarrij, annitente puzsentin
ipso Sancto Maiore Rege, aut Regi assentiente populo, quecuq; ex liberis
administrando Regno maxime idoneuz iudicaret, illud ipi permittere?
Novi ne res hęc exempli fuisset, quz sepiuz apud alias etiaz gentes hanc ha-
buit? Salomones & Davide parentes, Adoniz natu maiori filio in Regno,
pylatus fuisse, docent sacre littere, 3. Reguz, c. 1. & 2. idem Abiamo Podoami
filioruz natu minimo patri indulgisse legitur, 2. paraly, c. 11. Ptholomeuz
Aegypti Regez, filio etate inter liberos puzthemo Regnuz tradidisse, eiusq; rei
populo rationes redidisse, cuius non minor favor in accipiendo, quas patri
in tradendo Regnuz fuit, testatur Justinuz lib. 16. Perseuz Philippi Ma-
cedonuz Regiz filius natu maior, cui indies magis cernebat inquit Livius
Decade, 4. lib. 10. favores dignitatesq; Demetriuz fratuz apud Macedonuz mul-
titudinez crescere, & gratias apud Romanos, sibi spes nullaz Regni superesse,
nisi in scelere videret, ad id vnuz, omnes cogitationes intendit, tantuzq; profecit
calunnij, & malij artibus, ut brevi fratri nec & exitio potitus sit. Idem de
muz Universe Regib; omnib; esse, ut quezlibet ex liberis, nulla etiaz Sabita
ratione, sibi successores in Regno designare liceat, dictavit magni nominis
Jurisconsultuz Baldus in Prohem. Decret. Gregorij. Quin etiaz, ultra paternuz
iudituz atq; optiones, ipso iure, filius patre Rege natuz, fratri, parente nonduz
Regni gubernaculuz admoto, progenito in Regno puzferendus esse, visuz et ple-
atq; non imi subsely doctorib; quos recenset Antonius Corset, tract. de puzf.
Regali, 3. p. quest. 26. Unde apud Sigiberuz ad annuz 939. Everarduz &
Eustiberuz, suadent Henrico fratri, Othoniz Regiz, ut Regnuz expectat, sibi patre
Rege nato potius debitu, quas Othoni, patre privato, nec duz Rege puzcreat. Huius
etiaz rei, illustre exempluz extat, in Davy Persaruz Regiz liberis, Ex hij, aut
Justinuz lib. 2. Arthemenes maximuz natu, etatis Privilegio Regnuz sibi
vindictabat. Ceteruz controversiaz non de ordine, sed de nascendi felicitate

affererat. Nam Athemenes primus quidem Darius, sed privatus provenisse. se Regi
 primus natum, fratres itaque qui ante geniti essent privatis, privatus patrimonio
 quod eo tempore Darii habuisset, non sibi Regnum vindicare posse. Hoc certa
 men. Concordi animo, ad patrem suum Antaphernes veluti ad domesticum iudi-
 ces deferunt, qui domi cognita causa. Rexque precepit, adeoque fraternam con-
 sentio fuit, ut nec victor exultaverit, nec victus indoluit, ipsosque litis ser-
 vere invicem munera misserunt & iocunda quoque inter se, non solum credula
 Convivia habuerunt, iudicium quoque ipsorum sine arbitrio, sine convitio fuit.
 Scio quidem hoc Antapherni iudicium, non omnibus probatum fuisse, sed quid tum
 si illud Navarrae, & Successore in Regno Sancto Maiori deligendo delibera-
 tionibus placuit? ideo ne factus erit Buius, ea quae a maioribus certo iure, nec sine
 gravi exemplo, acta sunt calumniari, morosaque lites, in Regia familia,
 paterno arbitrio compositas, & fraterno assensu atque approbatione extrinsecus
 tanto intervallo retractare? Hunc autem Buii conatus, eo audaciorum iu-
 dicatus in presentia, si ipse in ea, quae in se recepit, legitimum Ramiri na-
 talium demonstratione defecerit, quo praeter Caybainum & Sandevallium quos no-
 minatim exagitat, alios quoque aut praeter magni nominis in hac lite habet adver-
 sos, scilicet Lucas Tudenses, Rodericus Sanchum, Palentinum, Alphonsus Cautra-
 ginenses, Raphaelis volaterranus, Michaelis Pitius, & ipse quoque ni fallor
 Rodericus Toletanus.

Argumenta autem quae adversus receptas tot saeculis sententias, & constantes tot
 diversorum auctoritatem testimonio afferunt Buius, talia sunt, ut eludi a quibus
 nullo negotio possint. Primum enim, etsi id procerum verum esset, ut ille iudicat, liberum
 tantum legitimum Regum, diplomatibus parentum nomina sua adscribere consuevis-
 se, cum Ramiri nomen, in iis quae supersunt Sancti Maioris monumentis, saepe
 occurrat, id tantum inde sequeretur Ramirus liberorum Sancti legitimorum iura
 adeptus fuisse, quod nullo modo infirmamur, cum etiam a Noverca Regis uxore, in
 gratias defensionem ipsius pudicitiae, solenni more adoptatus, & Aragonis in super-
 ditione, quae Regine titulo donationis propter nuptias evenerat, imperitum fuisse
 tam Roderici Toletani, & Hieronimi Curate, quae aliorum Historicorum scriptis fue-
 rit celebratus. Alterum Buii argumentum est, Jacobus, 1. Aragonis Rex, in
 Navarrae regno, mortuo Sancto Rege, huius nominis ultimo, ius sibi vindicasse,
 non tam ratione Adolphoni inquit, quae inter utrumque Regem celebrata fuerat,
 quae ex eo quod Alphonso Aragonum & Pompelonensium Rege mortuo, Regnum
 illud inique & contra ius factum ipsius fratri, & heredi Ramiro, 2. ademptum ac
 Caris Ramiri delatum fuisse assererat. Nam unde hoc ait, nisi quoniam pro-
 gativa natalium, ad Ramirus, 1. eiusque Successores Regnum illud spectasse contulerat?
 Pestime arguit hic Buius, si ea enim fuisset mens Jacobi Regis, nusquam ipse ius
 suum potius a Ramiro, 1. cepisset, quae vel ab Alfonso, vel a Ramiro, 2. pro-
 ut eius fecisse auctores sunt quicumque res gestas ipsius scripserunt? ideo autem
 Ramiri, 2. ius factabat Jacobus, quod electo in Regem a Navarrae - Sancto

Ramira Aragonensi Principi. Regius illud, ab illius videtur. nova eiusdem populi elec-
 + tione, auferri non potuisse contendebat. Ingerit deinde Bizius Epitaphium Cayæ
 Ramiri. ut assent matris. q̄ inter veteres tumulorum Pinnatensium Coenobii in scrip-
 tiones se creperisse ait hac serie verberum. Hic requiescit famula Dei Domna
 Cayæ Sancti imperatoris prima vxor & Regina. Mirus sane nemini Sactenus
 de hoc Epitaphio quicquam suboluisse, illud enim Cuius & Blancæ diligentias (
 qui illius Coenobii monumenta accuratè investigauerunt) fecisse; sed id magis
 mirus. cum antea hac Didacus Xuaris. illius Coenobii Abbas. vniuersa Epitaphia
 Principum. præcipue vero Sancti Maioris eiusdem liberorum atq; vxoris etiam Maior
 lustrasset. eaq; descripta vno eundem inter ecclesiasticos primario. amico suo mi-
 sisset. à quo deinceps Ant. Lopez. l. 3. Chronici Benedictini inserenda acce-
 pit. nullas tamen istius Cayæ tumuli inibi memorias extare. & hunc solum
 fuisse qui Abbatibus illius oculorum acies effugerit. Præterea titulus Regis. atq;
 imperatoris. Sanctio in illo Epitaphio Cayæ aditus. quid aliud significat. quæ
 ipsius consecutus seculis factus ac compositus fuisse? Cum enim tot Bizio. anno
 tantus. 1005. Sanctus Regnare coepisset. imperatoris autem Elogium posterius à
 cæb⁹ gestis. consequutus fuerit. utroq; titulo illuz caruisse tempore obitus Cayæ
 evidens est. quippe anno illo. non Cayas sed Munias posteriores. ut putat Bizius
 vxores. in coniugio habuit. nam anno. 1022. liberi ex ea suscepti patris actibus
 celebrantur. tanquam presentes. et ijs consensus atq; auctoritate adhibentes. q̄ eos
 iam tum adules. aut saltem puberes fuisse perspicue demonstrat. Sed demum hoc
 Cayæ Epitaphium. non recens compositus. sed multis ante seculis in eo Coenobio
 insculptus fuisse; nunquam tamen inde efficit Bizius. ut Ramirus pro legiti-
 mo Regis Sancti filio habeatur. Cum Cayas ipsius matrem esse nullo modo cog-
 tet. Sed contra nonnulli Elbitæ (ut Marineus & Tarafa) alij Vrracæ (ut gau-
 berus & Beuterius) nomen ipsi tribuant = Addit Bizius Ramirus in omnibus
 ferè vetustis tabulis. quæ ipsius meminere. Sancti Regis Proles dici. Proles
 autem vox. non nisi legitimis liberis applicari posse. Votus in hoc quoq; falli
 illuz certus est. cum vox Proles. non minus naturalibus liberis. quam legitimis.
 denotandis adhibeatur. ut patet ex. l. Divi Constantini. s. & Auth. Præterea C. de
~~liberis~~ natur. liber. Sic enim Seneca in Medea Bachus Jovis filius ex adulterio
 Semeles procreatus. qui est matris fulmine exulit. ut ero eductus fuerat. Proles
 fulminis improbi vocat. & in vetustis monumentis e.g. 1033. cuius meminit Sandoval
 lius in vita Ramiri. 2. Rausendus huius Ramiri. ex Morgia concubina Maura.
 filius. Proles ipsius nuncupatur. Audet præterea Bizius sibi aserere suffragio
 omnium historicorum. tam indigenarum. quam exteriorum. quos tamen illi vniuersim
 ferè aduersarij supra dixi. & ex eorum verbis hic inserendis ponabit. Lucas Tol-
 sis. de Sancti Maioris liberis agens. Dedit etiam Ramiro. quæ ex concubina
 habuerat. Aragonem. quandam semotam Regni sui particulam. ne fratrib⁹ eo quod
 materno genere impar erat. quasi Regni hereditarius videretur. Et paulo post
 Rex vero Casias postquam solitus Deo volis Roma reddidit. & obiti exatit.

Proles Regis. quid
 significat. y6 l. 1
 illegitimos aian
 vado della vease
 adelante fol. 39-

Lucas Tudensis

123
Rey D. Al^o el. 10. en su
general de espana.

D. R^o sanchez ob^o de
Palencia
El ob^o de Burgos D.
Al^o de Cartagena

Volaterrano

Michael Ricio

El p^o Mariana de la
compañia de Jesus

El Arcobispo de Toled
D. R^o Jimenez

percepto, Pompilonensi Provincia appropinquavit, audivit Ramirus frater suus ex con-
cubina ortus super Regno sibi insidias tendere = Alphonsus. 10. Castellæ Rex. p. 3. his-
tor. general. Ramirus vocat. Fillo de Barragana, idest concubina genitus = Ro-
dericus Sanchez. p. 3. c. 29. Historiæ Hispaniæ, quas Henrica 4. Castellæ Regi dica-
vit. Hic Sanctus (inquit) ex dicta Elbriva genuit Garsiaz & ex concubina
Ramirus bastardus = Alfonsus à Cartagena Episcopus Burgensij in Anacly-
haleosi Regis Hispaniæ, quas eodem Henricus 4. Rege scripsit. c. 32. Sanctus Rex
Navarre dictus Maior, filius Garsis tremulenti Regis Navarre, genuit ex Elbriva
filia Sancti Comitis Castellæ uxore sua, duos filios Garsiaz & Fernandus, & ex
Concubina alius qui dictus est Ramirus. Et eodem cap. Divisit autem dominia
sua, & Navarras dedit Garsie primogenito, Castellæ Fernando, secundo genito,
Aragonias Ramiro, bastardo, qui primus in Aragonia Rex vocatus est -
Volaterranus lib. 3. Geographus de Sancto Maiore. Tres (inquit) hic liberos
suscepit, Ferdinandus, cui Castellæ, Garsiaz, cui Navarre, ac Ramirus ex concubi-
na, cui Aragonense Regnum dimisit = Michael Pithius lib. 3. de Reg. Hisp.
Postquam (idest Garsiaz tremulus) is qui dictus est Maior, ut propusimus
quæ ex iusto Elbrivæ connubio, Ferdinandus, Garsiaz suscepit, ex pellice Ramiri-
cus - Mariana de reb^o Hist. lib. 8. c. 13. Erat Regi (idest Sancto Maiori)
filius ex imperii matre, quas alij Vmæas, alij Cayas nominant. Principi in Vas-
conib^o loco. Ramirus nomine (Et infra eodem cap.) Regina Procerum p^orib^o facta
gata, & filiorum lacrymis victa, venias hac lege dedisse traditur, ut Ramiro p^orius
opere atq; defensione innocenti, meras esset Aragonæ Regnum, in quo natalium virtus exi-
mia virtus & fides compensarent, in eadem quoq; fuisse sententia Pedericus tota
nuz. palas est. Unicas enim habuit uxores Sancto Maiore, Sancti Castellæ comitis
filias, Garsie ac Ferdinandi matres. De Ramiri autem natali agens, ex illustri femi-
na Sybari domina, Sancto natus fuisse dicit, neq; ipsas uxores Sancti uxoris nomi-
* ne dignatur. Solum itaq; Aragonenses scriptores (ut observabit Vaserus) Ramirus legi-
timus Sancti filius predicant, nec ij tamen omnes, Cunita enim & Blanca unicas
assignant Sancto uxores Castellæ comitis filias. Ad extremum veteres producit Psi-
quis tabulas, quib^o testatus faciat, Ramirus ius sibi in Pompilonense Regno arrogare
sed ijs tabulis nusquam apparet, illuz, excluso Garsia fratre, totuz Pompilonense
Regnum sibi vindicasse, sed partes tantuz aliquas, nomine bitasé legitime portionis,
quæ ei, licet non iusto matrimonio natus, in hereditate paterna competebat. Ara-
gonias enim, ut diximus, beneficio Navarre acceperat, iure autem veteri Romanæ
filij naturales, legitimis non extantibus, totas ex asse hereditates paternas potere
poterant, iis vero extantibus, simul cum ipsis, pro rata portione succedebant. l. l. l. l.
Titius. 45. de vulg. & pupil. Substit. & l. qui filius libertinus. ff. de iur. deliber.
& tamen si postea, Imperatorum constitutionibus, iis legibus derogatus fuerit, in Navar-
ra autem ius vetuz mansisse fides facit Codex legum illius Regni, vulgo Foruz, cuius
lib. 4. c. 4. tit^o de cuar filios. Verba sunt. Si alguno oviera fillos, o fillas de ge-
nancia Arrogando el padre (es suyo, quando tetare, si la madre ovierse lo que
re debe li dar el padre. Soldada de nodriza, segun la villa, o tierra, o fuere. Et
& in fine subdit. Et esta creatura debe partir con loy otras creaturas daquel.

que Decego conpelia a
D. Ramiro en Navarra
por sus Fueros. por no ser
legitimo.

padre, e si no oviere otra creatura. debelo ser heredado. Ut autem eorum. qui iam dixi.
fides constet, scilicet Ramirus ius sibi. non in toto Regno Pompelonen. sed in aliquo
tantummodo parte ascivisse. eaq accepta. controversias omnes dimisisse. Carisq fia
tu. residuas Regni per se habere licere. spondisse. profero verba earum tabularum
quibus Buzius innuitur ex ipsius lib. 2. c. 24. Ita iuro ego Ramirus Proles
Sanctionis Regis. tibi germano meo domino. Carisq. per Deum patrem omnipoten
tem. & per beatas Marias virgines. & per Angelos & Arcangelos. et per duodecim
Apustolos. & per Martyres & Confesores. et per omnes Sanctos Dei. ut de ista hora
in antea. non requiras contra tuas partes. plus terras. nisi istas. quas pater meus
mihi donat. & supra est scriptus. in qua non ponas tibi Azagria. aut Alhoderia.
qua tibi tuas terras tollas. nec pro pace. nec pro albetra. nec cum Mauris. nec
cum Christianis. sed si aliquis audaciter comprehensus fuerit in hac elatione q tibi
contradicere. aut resistere voluerit. in quantum valuero. contra illum expugnabo.
atq inimicus ero. Mortuo vero Caris. ides Sancto ipsius filio Ramirus carisse.
acceptis in Supplementis legitime aliquot oppidis. ex alijs tabulis apparet
Buzio. c. sequenti descriptis in hec verba. Et ego Ramirus Sanctionis Regis
filius. sic iuro. cum Varones de mea terra. qui meus sunt in presenti. ut de hodie
in antea. non tibi requiras de tuas villas. nec de alias tuas terras. nisi cum servitio
et tua bona voluntate. quavis mihi det Deus tale tempus. ut possim inquirere.
& si hoc voluero facere. q abdit. sit dico. ut omnes Seniores. qui meus sunt cum hono
res & terras. quas de me habent et tenent. licentias do ut attendant ad te. & ponant
se in tua potestate.

Et que fue murio
en Penalen

Sancti Carus Regnum annus Xpi. 1076. attingisse docuere Garibayus lib. 22. c. 37. & Sandoz.
in Cat. Epis. Pomp. lo autem anno ipsius fraude et prodicione fratris Regimundi
vel Raymundi. Sororis Ermesende & Procerum aliquot vitas amisisse. liquet e pluribus
veteribus monumentis. e quorum vno. anno. 1079. conscripto. q in monast. legerent
servatur. hec verba citat Sandoz. in Cat. Epis. Pomp. fol. 67. Ego indignas illas
supra scriptas villas emi a Rege domino Sancto. prole Caris Regis. quos interfecerunt
frater suus Regimundus & Soror Ermesenda. nec non & Principes eius in fi
delissimi lth. Aliud gra. 1120. hoc est anno. 1082. confectus ex Hyraxenti tabula
uo. promit Ant. Lopez. dom. 3. Cent. 4. in quo B. Veremundus Abbas illius Ce
nobij. Sancti mortis his verbis meminit. Post multos annos Sanctus Rex sum
xit. qui interfectus est a fratre suo. & a sorore. vel a maioribus patris sui. & missit
Nuntios ad nos semel. bis et ter. ut daremus illi dictas radices. lth. Istius
autem perfidei. non alias fuisse causas. quas ipsius Raymundi Regnandi libidine. 3.
scribit Marcol lib. 2. c. 30. contigisse vero casus hunc calamitosus ac funestus Pen
nalen. preter Nodencius & autpores hisbus generalis. que Alfonsi Regis nomen per
fert. tradit scriptor libri. qui Turabi nequ Sancti Jacobi nomine citari solet. apud
Sandoval. in vita Alfonsi. 6. Era. 1114. interfectus est Rex Sanctus. filius Regis
Caris & Reginae Stephanie in Penalen. Extant apud Roger. Hoved. in poste
ma parte annalium. Oraciones habite coram Enrico. 2. Rege Anglie a legatis Alfonsi
Castelle. & Sancti Navarre Regis anno. 1111. in quibus hec. de Sancti morte
leguntur. Rex Caris Navarre & Nazare. genuit Reges Sanctus qui postea

occisus erat in Penalen Ity. quoniam etiam inde Pennalen. cognomen eius nomini acatij
 se. liquet ex formula actionis ab Oratoribus Regis Sancti adversus Alfonso. coram
 eodem Enrico propisita, quae haec verba complectatur - Et istius terrae peti universa
 fructus a tempore quo obiit Rex Sanctus de Penalen, haec omnia ad Regnum suum
 spectantia. Ity. id etiam elicitur ex quodam diplomate tabularij Regis Pompei
 nensis, quo idem Rex Sanctus Era. 1196. incolis Mendigorij. vici. territori cuius
 das Tortal dicti. gratias facit - Dono (inquit vobis & concedo illud terminus
 de Sancto Tortal, unde habebatis contentiones cum illis hominibus de Artaxona.
 totus integus, sicut dedit vobis Rex Sanctus de Pennalen. & sicut habuistis in
 tempore Regis Sancti de Aragon, & Regis Asephonsi, & habuistis in tempore Re
 gis Carisi mei Patris. Ity. Mentis quoque obitus Sancti adsequi nullus labor
 erit, si consideremus illud. 4. Kal. Julij adhuc superstites fuisse. ut ex ipsius met
 tabulis indicavit Sandovallius in cat. sepe citatis pl. 67. Eo enim ipso mense
 Sanctus Ramiri Navarrae Regnum obtinuisse. ex alijs tabulis quam mox osten
 demus

Infante D. Ramiro
 que mataron los Mauros
 en el Castillo de Rueda,
 a traicion y con engano

Ramiri - Sancti Regis fratris memoria habetur ad annus. 1072. in vetustis mo
 numentis coenobij S. Aemilianij. Isle Sandoval. fol. 66. ite ad annus. 1077.
 quo Alfonso. 6. Castella Regi adfuisse inter alios Proceres. ipsius actus consensu
 & auctoritate prestantes. constat alio diplomate apud Ant. Lopez in Apend.
 tomo. 1. n. 24. Anno tandem. 1083. eus Rhoda. perfidia Ducis Mauri. un a
 cum alijs Principibus viris eo ab Alfonso Castellae Rege missis interemptus fuisse na
 rat ex veteri monumento Marmol. cuius verba lib. 2. c. 30. sunt. En el año de
 1083. un moro valaylo del Rey de Caragoca llamado Aben Faluque. & alca con
 el castiello de Rueda, & fingiendo quererle favorecer del Rey D. Alf. con animo
 de matarle. le embio a decir q. fuese en persona & le entregaria aquel castiello. &
 como contradixesen los de su consejo aquella ida. embio a D. Ramiro infante de
 Nav. & al Conde D. Goncalo salvador su suegro. con may de mill & a caballo.
 para q. se entregasen del castiello. & el solene traidor haciendola abrir luego
 alegremente las puertas de la villa. los recibio dentro. & mandandolay luego, como
 dio en ellos con gran numero de Moros q. senia escondidos en las casas. & on el
 castiello. & matando al infante & al conde. & a otros muchos caballeros. los q.
 escaparon vivos fueron captivos. la memoria desta traicion se hallara en
 el castiello de Dña. donde estan enterrados muchos q. alli murieron

Raymundum. alius Sancti Regis fratres ipsius interfatores. fraterno sanguine polluta
 tus. ad Mauros confugisse. et a Coesar Augustano Rege Exceptus in summa mile
 cia atq. exumna vixisse, neptera reliquisse Marquestias Arnavi lupi uxores re
 fert Eusita. ad annus. 1076.

Hermanas del Rey
 D. Sancho & su ca
 Sam

De coniugio Sororum Sancti Regis Menis. cum Fortunio Ochoa Ximenij Domino
 Camerarius - Vrracq. cum Garzia Ordony. qui Nafery preerat - et Hermi
 sende cum Fortunio Sancto. Tarnozij Dynasta - Deq. Sanctia Saruy Sorore.
 citantur probatae veritatis mumenta a Sandovallio in vita Alfonsi. 6. in
 Coment. S. Aemilianij. S. 52. & in Catalogo Epis. Pompei
 De Sancti Carisi Regis progenie. hoc certo scimus ipsius duas eiusdem nomi
 nis

Gariq scilicet, filios relinquisse, filiaz quoq nomina Urracas, & filius e concubina
Eximena. Raymundus habuisse. probat ides Sandovalliu in cat. Epis. Pompel.
fol. 65. & 67

Piev. de Del Rey D.
Sancq Ramirez

Post interfectus Pennaleri Sanctius Regez. pulso e Navarre finibus. fraticida Ray
mundo. Sanctio Ramiri. Aragonensi Principi. Regnu delatus fuisse. vetus & constant
Hispanie historiarum opinio est. brevi id interballo factus esse. argument sunt ipsius
Sanctij Ramiri tabulle. mense Julio. anni. 1076. scripte. que in Tabulario Pompelo
nensi hac serie verborum leguntur. Hec est charta quas facio Ego Sanctius Rex ad
vos homines de santa Maria de Uxus. ut sit firma et durabilis in secula, & per bonas
voluntates. quas vos in me habuistis, & pro magno servitio qui me fecistis & in
vos primos me cognovistis per Seniores, & per Regez. ad illas intrata de Campilona
& reddidisti mihi illo castello. Propter hoc inspiravit mihi Deus, & possuit in corde
meo. que ... toto corde vos facias tale causa. que vos cognoscatis, & istos homines
qui audierint. dicant etc. Facta Charta Era. 1014. mense Julio. in Santa Maria
Felicias Sanctij Ramirez vxorez. que hactenus Comitij Urgellenis filia creditur et
familie Comitum Rouensium adscripti, auctore Hermanno monacho. illorum temporum
scriptore. in historia restorationis ecclesie Laudensis, cuius verba apud
Duchernius in historia familie Castellone sunt — Hilduinus Comes Racens
... genuit. ex Adelade coniuge. septem filias, harum vna nomine Felicia in
Hispania duxit coniuges Sanctius Rex Aragonensium, & ex ea genuit Elsephon
sus Regez potentissimus. qui patri succedens in Regno etc. inde. Ordericus vital.
lib. 13. hisbus ecclesiasticis. Alfontus. Sanctij & Felicie filius. Rotoldi Perticens.
(qui ex alia Hilduini filia natus erat.) consanguineus vocat. La autem facta
puncta Sanctius Ramiri alias vxorez duxisse. Philippas Raymundi Comitij
Tolosani, filiaz & heredes. Videat mihi colligere ex his Chronici Gausfredi monachi Sancti
Martialis Lemovicensis verbis. Pontius Tolosanus Comes genuit Guillelmum &
Raymundum. Guillelmus vero Hierosolimis obiit. cuius filiaz vnicam Philippas post
Aragonensem Regez duxit Guillelmus Dux. filius Guidonis. ~~_____~~
~~_____~~ Obijt Sanctius in obsidione Orce letali sagitte vulnere lauciato
anno. 1094. Preter eos liberos qui post patris viuis pugnauerunt. Petrus. Alfontus
& Ramirus. natus est Sanctio Ferdinandus filius. qui ipso superstitie de vita cessit
ut docet Britius lib. 4. c. 1. historie Pomaensis

Quien fueron los padres
de la Reyna D. Felicia

Del Rey D. P. su hijo no anade a lo G. los eruditos
Del Rey D. Alonso su hermano lo comun. y solo anade tratando del año de su
muerte. De anno consentit Ordericus vitalis equalis illorum temporum scriptor lib.
13. hisbus ecclesiasticis. sed de genere mortis discrepat. Cuz enim ipsius ad Fragas
cuz Mauis ad pugnas decedentes cecidisse pene omnes asserunt scriptores. is contra
cuz incolumis pugnas evasisset. post aliquos dies Domi agitudine. ex dolore amille
victoris contracta. moritur obijisse commemorat. etc.

D. Garci Ramirez
Rey de Navarra
nieta del Cid

Garsias Ramiri Regez. pater Ramiro. matre Elbira Roderici Bivarj. vulgo Cidi filia
prognatus fuisse. concursus omnium sententia est, quas tamen in nomine Elbire
turbat antiqua Genealogia Roderici Bivarj. que Codici legum Navarricorum
manuscripto Bibliothecae Tuxensium Tolosane. appellata est. Chinc similiem

ex veteri libro tumbe nequi ecclesie sancti iacobi. laudat Sandovali⁹ in Comentarjjs totius
 Monasterij Cardens. (N.) Duz Roderici filij. Garsij Ramiri uxori. Christi⁹ nomen
 asciscit. Huic autem genealogia magnas ego fides habendas censeo. cum eum autem
 tempore Sancti Navarra Regis. cognomen Sapientis. vixisse. ex ipsa intelligatur.
 De avo autem paterno Garsij Ramiri. res est obscuritate involuta. & varietate opinio
 nis confusa. nonnulli enim in quorum numero sunt Curita & Caribay. eum Sancti
 Regis. qui Pinnalenius dicitur est. Alij ut Sandovali⁹. Regis Garsij Pennalenis patris
 nepotes faciunt. Neutri tamen parti assentiri nos sinit Rogerius Hovedeni. qui per
 teriori parte suorum Annalium. Sancti Regis. cognomen Sapientis. oratores verbis
 Garsij Ramiri Sapientis patris Garsij Regis. Pennalenis patris. non Nepotes sed
 Pronepotes fuisse. eiusq. Avus. non ipse Pennalenius. sed aliquis e Pennalenij fa
 tribus existisse significat. Hec omnia (verba sunt oratorum Sancti Navarra Regis)
 ad Regnum suum spectantia possedit. & habuit in pace & quiete Abas huius Regis
 Sancti (loquitur de Sancto Sapiente dicto. Garsij Ramiri filio) Garsias scilicet Rex
 Navarra & Nagera. & proavus eius per violentias. fuit expulsus ab hoc Regno.
 propter imbecillitates suas. per Adolphonsum Regem Castellae. Procedente autem tempo
 re. Rex Garsias nepos eius. & pater huius videlicet memoris. divina voluntate. &
 fide naturalium hominum adhibita. recuperavit Regnum suum. licet non in integrum
 & q. restat adhuc pater filius eius Sanctus nunc Rex Navarra. Cum Garsias Pen
 nalenis patris. Sancti Sapientis Abas fuisse testificentur hi oratores. ergo & Gar
 sij Ramiri. Sapientis patris. non avus. sed Proavus fuit. Avus itaq. aliquis ex fi
 lijs eiusdem Garsij existisse. necesse est. atqui id. & filio natu maiore. Sancto Regi
 Pennalenio dicto. affirmari non potest. siquidem ipse ab Alfonso Castellae Rege ex
 e Regno propter imbecillitates expulsus fuisse (q. de Proavo Sapientis narravit
 huius orator) nequaquam est verum: imo cum Pennalenio occisus fuisse. paulo ante
 eorundem oratorum verbis exposuit Hovedeni⁹. Consequens igitur est ut alterus
 e fratribus Pennalenij. Sanctus videlicet. vel Ramirus Garsij Ramiri avus fuisse
 dicamus. Si Sanctus elegimus consentientes habebimus Rodericus Toletanus. sed cum
 idem autem. mox subdat Garsij Ramiri Avus Rhodae vixisse. & aliunde notus sit. Pin
 cipes illius Navarra qui Rhodae mores aperit. non Sancti. sed Ramiri nomen sa
 buisse. nobis expeditius vixit est. Garsij Ramiri patris. huius Ramiri filius statuere.
 quas Sancti illius. que. ne existisse quidem unquam. satis bene constat. Adhibet
 nostras argumentationes. de Avio Garsij Ramiri. alio quas Sancto Pennalenio.
 aut eius patre constituendo. ipsius Garsij Regis diploma anni. 1137. a Sandovali⁹
 in Cat. epis. Pomp. fol. 68. vulgatus. Continet enim Navarra Regnum parentibus
 illius Regis. vi & armis a Legionensi & Aragonensi Regibus fuisse ablatum -
 Nam cum Parentes multitudinis numero expresserit. evidens est illa voce. tam
 avus. quas patres designare voluisse. alius igitur a Sancto Pennalenio
 & ab eius patre. cum neuter istorum. ab us Regibus Regno pulsus fuerit -
 Ramirus sive Ranimirus. Garsij Ramiri patris. aliquot a morte Roderici Rirani
 soceri annos Valentis mansisse. conyicio e Codicillis Ximenez Roderici uxoris
 ad usus episcopi valentini. 2. Kal. Junij. anno. 1101. scriptis. apud Antonium
 Lopez. lmo. 6. Cent. 6. n. 82. quibus subscripsit Ranimirus. = Postea
 cum Aragonias se recepisset. Montoni. ibi Dynastias obtinuit. eaq. ab

Rogerio Hovedeni
 de Sancto el sabio hijo
 de D. Garsia Ramires

Infante D. Ramiro
 ierno del Cid. hijo de
 D. Garcia el de Navara
 y D. Estefania Re
 is de Navara

33
anno. nos. ad annus. ius. post. fact. cessit. relicto in ea Dynastia. herede ac successore
Garcia Ramiri filio. ut ex compluribus monumentis a Joanne Buzio lib. 3. c. 29.
citatis liquet.

Alphonsus Ramiri Castri veteris Dynastiaz. quae inter Garcia Ramiri liberos numeravit
Gambayus. nos eius fratres adiungere satius duximus. Patronymico Ramiri nomine
impulsi. q. ipsius Ramiro. non Garcia natus fuisse arguit.

D. Margarita mifer
de D. Garcia Ramirez
Reyes de Nav. aia
fija fue

Margaritaz Casu Ramiri uxores. Rothonis. Comitiz Perticensis. non filiaz. ut
creditur. sed neptes. hoc est ipsius sorore genitas fuisse. Solus inter Hispanos
tores tradidit author Chronici. MS. quae sub titulo. Relacion de la descendencia
dia. lib. sepe citavimus. id autem quam scite & vere ab eo observatus fuerit. No
videni Hermanni Monachi. & Hugonis Falcandi. veterum scriptorum. libros le
gentibus planus fiet. Hoveden. ad annus. 1111. hae ex oratione legatus Alfonsi
Castella Regis ad Henricum Anglorum Regem. verba refert. Petit etiam (idem
Alfonso) medietatem Tudela. ex causa maternae Successionis quae Comes Balparch
donavit Reginae Margaretae Sobine Sobine sua. Nomen autem Sobine pro fratre
vel sororis filia ab Hispanis sumi. Sciunt qui huius gentis linguas callent.
Hermanus Monachus in hist. institutionis ecclesiae Laudensis. Secundus
(Inquit) filiaz Hilduini Comitiz duxit coniugem. Rotholdum Comes Perticensis
de qua suscepit Rotholdus Comites. & Julianam matrem Margaretae Reginae
Navarrensis. Apud Hugones Falcandus libro de Sicilia calamitatibus. Mar
garite. Garcia Ramiri filia. Guillelmi Siciliae Regis uxor. sic alloquitur optima
Regis illius Regni. Nec enim aliter quae fratres proprios diligere quidem & hono
rare debeo filios Comitiz Perticensis. per quos (ut verus fatear) pater meus
Regnum obtinuit. Nam idem Comes patri meo terras amplissimas cum nepte sua
matre mea dotes dedit. quae in Hispania multis periculis ac diuturnis laboribus
expugnatas Saracenis abstulerat. Nec ego mirari debetis. si filius eius. mater meae
consobrinus. loco mihi frater habendus censeatur. & de remotissimis partibus ad me ve
nientes gratanter excipias. Julianae autem. Margaretae matrem. virum Gislebertum
Aquilenses fuisse discimus ex Ordrico Vitali lib. 2. Ecclesiast. hist. Quo tempore
obit Margarita non liquet. sed id tantum. Anno. 1148. Garcia Ramiri. alte
raz uxores. scilicet Urracaz. Alfonsi Imperatoris Hispaniae filiaz naturalis.
duxisse. ex ipsius Alfonsi Codicillis colligitur apud Ant. Lopez in Append.
lmo. 1. n. 35. Quibus Coenobium Montis Nami locus. ubi nunc Coenobium situm
est. condonatur. sic enim in eis subscriptus est. Facta charta legione. 2. Kal. Julij
era. 1182. Rege Navarorum Garcia. qui tunc quondam filiaz imperatoris
uxores duxerat. existente presente. Ex hac uxore Garciae Regis suscepit
Sanctiaz. quae primo. Gastoni Vicecomiti Bearnensi. deinde eo vita functo.
Petro Molinensi Comiti nupsit. testis est Nodericus Tolotanus. proximus illor
temporum scriptor. eoque potiori fide dignus. quae Garciae Euguynus. qui Sanctiaz
matre Gausfeda. Didaci Harensis uxores. tertia Garciae Regis uxore procrea
tae fuisse tradit. Obiit Garciae Corae Navarum vico. lapsu equi. ut ferunt
praecipitatus. 11. Kal. Decembris. anno. 1150. Cuius autem corpus Pompelona

delatus. in Ecclesia primaria huius civitatis sepultura affectus fuit. Habuit praeterea filium Sanctium. qui ei in Regno successit. ac praeter filias Sanctias. Sanctio Calalla & Margaritas. Guillelmo Siciliae Regis nuptas. Filius ex concubina nomine Rodericus. de quo haec narrat Falcanus libro de Sicilia calamitate. Tunc etiam Constantini morabatur quidam Reginae (de Margareta intellige Siciliae Reginae Garzia Ramiri filia) frater qui Regis morte audita. nuper in Siciliae ex Hispania transfretarat. multosq; milites Hispanos spe lucri secum adduxerat. quos (ut pleriq; eorum. qui cum ipso venerant asserunt) Rex Navarraz nunquam filium suum. vel esse crediderit. vel dici voluit. indignis exitibus. eum quos mater multorum patens libidini vulgo conceperat. Regis filium appellavit. Hunc ergo Regina. cum antea Rodericus diceretur. idq; Siculi nomen ab hominibus velut ignotum & barbarum iriderent. Henricus appellari precepit. et ei Montis Caucasi Comitatus integre dedit. Oppidum Siciliae. quae cum eodem Comitatu Cavendy Comes olim tenuerat. Iste autem Henricus statura parvus. barbas habens rarissimas. sub pallida nigredine cunctis sedatus. indiscretus. elinguis. praeter aliarum ac tessere ludus nullius peritiam vindicabat. nihilq; aliud affectabat. nisi ut haberet qui seum luderet. et pecunias quas prodigius indiscrete ac temere posset effundere. Itq;

Rey Don Sancho cognominado el Sabio

+ Sanchi Regis cognomento Sapientis uxores. Beatias nuncupat Rodei. Tolet. lib. 5. c. 24. quae tamen vetera monumenta. constanti scriptura Sanctias vocant. duo ex his apponaz celebriora. a Tabullano Pompelonenis excepta quorum alterum. singularis etiam huius Reginae pietatis. exhibet documentum. Marzillensis Sacrarum Virginum Coenobii institutiones. Alterum vero illustra de vocis Infantatici notioni conducit.

Prev. del Rey D. Sancho el Sabio a las Monjas del monest. de Marcela

Ad honorem summi & aeterni Regis Patris & Filii & Spiritus sancti. Ego Sanchus filius non meis meritis. sed sola Dei omnipotentis miseratione. Rex Navarraz. facio hoc Privilegium vobis cunctis Sanctimonialibus in Monasterio de Marcela. sub Regula et ordine Beati Benedicti Monachorum Cisterciensium. ibidem Deo famulantibus presentibus et futuris in perpetuum. Dignis quidem laudibus & memoriis Sanctia uxor mea Regina. divini amoris zelo accensa. in prefata villa de Marzella. consilio & assensu meo. Monasterium edificavit. atq; in eodem quodam Ancillarum Dei & beatissimi patris Benedicti normas constituit. ipsas quoque villas nominatas. cum omnibus territoriis ac pertinentiis suis. honoris & popularis. et cum omnibus quae iurisdictionis Regis esse dignoscuntur. pro peccatorum suorum remissione. praedictis Sanctimonialibus dedit. ac concessit. ut per earum orationes et beneficia. et sanctorum omnium suffragia adipisci valeat beatorum consortia. Ego itaq; gratia Dei Sanchus Rex. cupiens eorum beneficiorum & orationum fieri participes. Concedo & confirmo omne donatum quod Sanctia uxor mea recolens memorata Regina vobis nominatis Sanctimonialibus dedit. & ut liberius & quietius hoc in pace possideatis in perpetuum. & ne pravorum hominum astutia. possit vobis obesse in perpetuum. Singula duxi determinanda. Omnes igitur Agricolas in prefata villa commorantes. hereditateq; ibi habentes sub vestra potestate &

35
& servitute. ut nunquam de coetero alij domino vel p̄ncipi. nisi soli Deo et vobis
tributus aut servitus persolvant. Concedo etiam vobis aquas. et cursus aquarum
& molendina. et silvas et solos obtinere. pascuas vestramur ovium. ac bestiarum libera
in Regno meo habere. et omnia que ad Marcellas pertinent. vel pertinere debent
iuste & canonicè possidē. Concedo etiam vobis ut omnes hereditates & cetera que
in Regno meo à civibus vel à militibus. vel à rusticis. vel a quibuscumque personis
donatione. comparatione. aut cambio acquirere contulerint in pace possideant.
Hec autem omnia supradicta. Ut autem hoc meum Decretum et Privilegium
firmum & validum habeatur & permaneat. manu propria hoc signum confirmationis
impono. Facta Carta apud Tutelaz. mense Martij. sub Aera. 1219. Regnante
mei Dei gratia Rege Sancto in Navarra. sub meo dominio Episcopo Pedro in
Pampilona. Sancto Remigio in Toney. Didaco Lupi in Alava. Gaspar Vermundi
in Petralta. Sancto Remigio. in Marañon. Gomez Martini. in Puricarta. For
dano. in Rada. Enecone Almoravid. Ennecone de Dur. in Tafaylla. Martinus Robe
ria. in Ponte Regine. Muinotz Treveynnu. Spaynnal. in Haislute. Egidio de Ay
bar. in Gallipienca. Ego Fernando vicecancellarius iussu domini Regis Sancti Sanc
cartas exaravi. & propria manu hoc signum feci.

In nomine Dni. Ego dominus Fernando Dei gratia Hispaniarum Rex. volens illarum
generis & dilectionis consideratione. que inter me & vos est. o. Karissima soror mea
dña Sanchia. illustri Navarorum Regina. que de eodem patre & matre. quibus ego. nata
estis. beneficii exhibitione solidare. & perenniter confirmare. Dono vobis unice sorori
meę. quantum infantatibus in toto meo Regno est. videlicet in Tolet. & in Bta
Alentera. in Extramadura. Legionē. in Veuiz in Galicia. & in Asturijs. Villay
Castella. hereditates. monasteria. & omnia que ad infantatibus pertinent. habeatis
ergo illud. quomodo melius habuit Amata nostra infantilla dña Sanchia. patris
nostri inclite recordationis Alfonso Imperatoris germana. & quomodo melius
tenuerunt alij infantisse. que de nostro genere fuerunt. & teneatis illud. & ha
beatis iure hereditario eadem ratione et consuetudine de me. quas alij infantisse paren
tes nostre. fratribus suis tenuerunt. predicta ergo ratione ipsius infantatibus. cum
omnibus directis suis de me in perpetuum habeatis. Itē. Facta Carta apud Tutelaz. 6.
Kal. february. Era. 1203. Regnante dño Rege Fernando Toleti. Extramadura. Legio
ne. Galicia & Asturijs.

Alius etiam Sapiens filius. sunt qui adscribant Remirus scilicet. sive Remigius
episcopus Pompelonensis. cum tamen cum Roder. Tolet illi etati suppar. preterea
tutus iuxta Stemmam nostro subtrahere. quas ex aliena fce. eaz Regis familie in se
re. Vetusque porro in coenobio Sylve late. Principatus Bearnensis. voluimus La
bule anni. ugi. ecclesie Bayensis. fratribus illis Coenobij à Pontifice Pompeloniensi
eiusque collegio. donate vindices. que signa Joannis & Gaspar infantium subcripta
ostentant. utriusque Regis in familias ii admittendi sint. Sapiens an inclusi.
non est meum divinare. De obitu Sapiens hęc habet Neurologus Regis Navar
re MS. Codici legum Navaricarum Collegij Tuxensis Tolosani assumptum.

1194. V. Kal. July obiit Sanctus Rex. vir magna Sapientia. De anno cuius auctore ne
crologij consentiunt Guillel. Neuburgensij lib. 5. c. 2. de Rebus Angliis. & Rogerij
Hoveden posteriori parte Annalium. Corpus eius Pompelony in templo Beata
virginis humatus creditur.

Sancho cognominato interitis. sive luctuo. Uxor fuit Clementia. Raymundi Tolera
ni Comitis. Constantij filij. & Beatice Biterrensi prioris uxore filia. quae cum ab
eo diceret. in manus alterius viui. Petri. nimirum. Vermundi Salvij. nobilis
occitani convenit. Ut auctor est Guillelmus a Podio Lamentio. c. 5. Chronici
unde arbitrari licet. quantopere hallucinati sunt ij. qui ipsas in Noncaral
lensi basilica. eodem. cum Sancto priore marito. tumulo conditas credideret. Obijt
Sanctus nullis relictis liberis. Idus Aprilis anno. 1234

Veterum Aragoniae Comitum Series

Cap. 17

Aragonie Comites ab antiquis historicis vel ignorari. vel neglecti. beneficiu au
thoris Anonymi Annal. Aragonens. primus emerferunt. illo enim tradite
Aznauj. eiusq filij Galindi notitias habuimus. Tertius autem Comites Fortu
nuz Eximini. Caroli Navarre Principis diligentia. e taciturnitatis &
obliuionis caligine eduxit. His insuper tres alios. Eximinuz Aznauj. Eximinuz
Garsij. & Garsiaz Aznauj adiunxit Beuterus. quos sequi sunt recentiores ferre
omnes. sed cum nullis idoneis monumentis conueat. nec vetustis aliquis auct. hic
fides suaz interponat. Vereor ut non satis sit firmitatis. in singulari istius nomi
ni scriptoris testimonio. ad tres istos Principes viros. in huius possessione Comitatus
retinendos. & ut verus sit. eos re vera Comites Aragonenses exhibitisse. in ordi
ne tamen Successionis. atq in statib eorum designandis falsuz fuisse Beuterz
ambigi non potest. De tempore postea viderimus. Ad ordines quod spec
tat Patronimicus Aznauj. ximino. & Garsij additus. vtrumq Aznauj fili
uz fuisse antiquitatis hispanice gnaris facile persuaserit. Cum tamen alterus
Galindi. alterus ximenij filius faciat Beuterus. Patronimicus etiam ximenij Fortunio
additus. hunc ximenij filius fuisse arguit potius. quaz Garsij. quod credidit illuz
auctor. Sed hec mihi facio. piget enim incerta ponere. & illorum duntaxat Comi
tuz. & quib dubitari non potest. stemma hic appono -

Sanctus Nobilis Vasco

Aznauus Comes Vasconie
aterioris. Pompelonensij Re
gis auspicijs. Iaccas mauris
eripuit. ibiq Aragonensij Co
mitatus sedes constituit. obiit
anno. 836.

Sanctus mortuo fratre
primo aterioris Vasco
ni. Deinde doctus Vas
conie Comes. obiit
anno. 850.

Sancta uxor Imonis
vel Emenonis Comitis
Petragoucentij -
Arnaldus Comes Gasconie
anno. 864.

Galindus Aznauus Comes
Aragonie

Eximinus Aznauus

Teuda uxor Bernardi
Comitis Ripauciensis

Cap. 18.
No es deste mi asupb.

Cap. 16.
Armas de los Reyes de
Nav. en otro lugar
se ponen

Vease el cap. 6. del lib. 3.
fol. 19. que trata de D. Sanc
ho Sanchez Conde de Gasunia.
her. de re D. Aznar

~~Galindus Aznauus Comes~~
~~Aragonie~~

N. vxor Sancti
Garsi Pompelo
nensis Regis

Endregotus
Galkindi
ximena seu
Tarasia, vxor
garsi Sancti
Regis Porrip

Forbunius Epimini
comes Aragonensis
Aznarij. 2. Comes
Aragonensis.

Theuda. vxor
Bernardi. comitis
Nipaurcientis

Progenitores de D. Aznar
primi Conde de Aragon

- Aznar. 1. Conde.
 - Gálindo. 2. Conde.
 - Ximen Aznarez. 3. Conde.
 - Ximen Garca. 4. Conde.
 - Garca Aznarez. 5. Conde.
 - Fortun Ximenez. 6. ult. Conde.
- Todos los Aragoneses alegan
aver tenido otros. 6. Conde.

Aznarij primi Aragonie Comitis genuy ab Eudone Aquitanie Duci ceperit lib. 21.
 e. 2. Garibayus. in quo se veteris aliquot Cantabie monumenta secutus proficitur.
 quib' inquit. proditur. Andecoz nobiles virus. genere Ducis Cantabie ortus. in
 ea clade quas vltimas Rodericus Hispanie Rex. a Mauris passus est. cecidisse. relicty
 filio Hedone. vel Heudone. & filia Velinda. Heudonez ducta in uxores Aquitania.
 Ducis filia atq; herede (utiusq; nomen retinet) illo Principatu potius fuisse. liberisq;
 habuisse pster Hunaldus. Vuisfarius. & Aznariuz. patres alterius Heudonis Vizcaie
 Dynaste. & alterius Aznarij primi Aragonie Comitis. filiaz quoq; Merinas. seu Mo
 meranas Froyle Asturienti Regi. in matrimonio collocatas -

Hec mihi non taz ab antiquo litteris consignata videntur. quas recens nata. & a
 sculo quopias dus suis coniecturis auctoritatez veneratur. partim e vulgari' his
 us. partiz e proprijs commentis concinnata. sed vt vt sunt. cuz Garibayus neq; ea monu
 menta edidit. neq; auctores illorum. vel etates qua scripta sunt. indicaverit. locuz
 vero vbi ea nacty est. nos etiaz pster suas consuetudines celabz. voluerit. quis tan
 credulus. vt in re tantopere abstracta & obscura. ab illorum monumentorum fide pende
 re velleit? Adde illa. quz de Eudonis ~~strupe~~ strupe commemorantur. ysq; pleriq; scripto
 rez Eudonis equalis. aut ab eius etate recenter memori mandauerunt. plane aduer
 sari. Hi enim cuz Eudonis liberorum polixe meminere. Aznariuz tamen & Me
 rinaz. seu Momeranas. nequaquam yz adscribunt. sed alios auctoz illius monumen
 ti Cantabrie. a Garibayo iactati. ignob; Haldones scilicet. qui a Carolo Martello an
 no. 736. in bello captus. & in vincula coniectus. deinde yz absolutus. tandem a fratre Hu
 naldo exsecatus fuit. vt veteri Chronico Monasterij Sancti Naparij. a Fehew edito.
 et fragmento passionis SS. Bertharij & Athaleri. q; nuper opera Andrez Duches
 ni vulgatus est. continetur. Remistagnus qui anno. 769. Caroli magni iussu te se
 Fiedegario laqueo vitaz finijt. et Lampagiaz filiaz. quaz Symonij Cesar Angulez Regi
 nupsisse legitur in getis Pontificuz Antididorentiuz. quorum excerpta domo. 1. veteris
 Francie h'vicoz inseruit ides Duchesnius. Vuisfarius deniq; Eudonis. non filium
sed nepotem. Hunaldo patre pregnatus fuisse. docent auctoz passionis SS. Bertharij
 et Athaleri. et Ado viuentis Episcopus. Uidorus Pacensy. & Rodericus Toletanus.
 vterq; hispanus scriptor. cuz de obsessa a Rama Sarraceno Duce. Tolosa. eadezq; inter
 fedo Rama. Eudonis virtute liberata. verba faciunt. Eudoni soluz Gallorum seu Fran
 coruz Ducis elogius tribuunt. Atenez h'is Hispanus gente atq; origine exstitisset. illuz
 ab indigenis psterim scriptoribus eo loco pstermitti non decebat. Francuz autez
 vob Galluz fuisse. innuit etiaz nomeny creatio. Cuz Eudonis appellatio in Gallia
 frequens. in Hispania vero. rara & prorsus inusitata fuit -

Eudo nombre Frances
y no usado en España

Tam ea quz de Aznario. 1. Aragonie Comite. eiusq; fratre Heudone Vizcaie Dy
 nasta. in monumentis a Garibayo laudatis. celebrantur. falsa esse ex
 eo conficitur. q; illorum etas. Centum plus minus annis a tempore Eudonis.

distat, (Garcus enim Enneconij Pompelonensis Regis equales eos faciunt, monumenta
 illa, quae post annus. 858. Regibus inchoasse supra docuimus) videntes Arnarius non in
 Hispania patio solo extorres, sed in ipsa Gallia, & in Ludovici Pij obsequio atq; amicitia,
 ea quae de ipso Pompelone anno. 824. à Ludovico eius copijs misso, ab autoribus vijs Tu-
 devici narrantur, perspicue ostendunt. Hec cum ita sint, immane dictu est, quod nihil
 ominis, et quanti viri Gaubaj autoritate ducti, fabulas illas de Andeca patre Aze-
 nario filio, Hedone vero ac Menario. 2. nepotibus Eudonij, pro veritate amplexi sint.
 Nos autem Azenario patres dedimus Sanctius impluti Patonimico Sanctij vel sanc-
 tionis, q; Arnarij fratris. Sanctio, tamen a D. Eulogio in epistola ad Vuillehndus Episco-
 pus Pompelonensis, quae ab autore antiqui Chronici S. Arnulphi Merensij. M. 9.
 cuius exemplum apud Andream Duchaznium vidi, tribuitur. Sanctius autem Aze-
 narij frater fuisse. Arnarijque anno. 836. decessisse, idem autor testatur, hujus verbis.
 Arnarij citioris Hispaniae Comes, qui ante aliquot annos à Pipino desciverat
 horribili morte interit, fraterq; illius Sanctus Sanctij, eandem Regionem negante Pi-
 pino occupavit. Galindus autem Arnarij filius, regnantibus Garthia Simeni &
 Garthia Enneconij, hoc est ab anno. 856. ad annus. 867. Comitatu Aragonis potitus
 fuisse. Fortunius vero Arimenensis, sub eodem Rege Garthia Enneconis, Arnarij
 denig. 2. sub Rege Fortunio Garthia, eundem Principatum possidisse, liquet ex va-
 rijs Illoruz Regum diplomatis, à Joanne Buzio Martini lib. 1. hist. Pinnat. c. 20.
 26. 30. 42. commemoratis, quorum certe auctoritate, sententiam mutare decebat eos
 qui Aragonis Comitatus Vvace, Garthia Enneconis, Regis Pompelonensis uxoris
 dotes fuisse, eorumq;rimonio. Vtrumq; Principatum in unum coaluisse arbitrii sunt.
 Vnicus argumentus quo errores hunc defendere conatus est Blanca, ex eo ductus
 qd in diplomate quodam ab ipso vulgato, Garthia Enneconis Rex, habita mentio-
 ne Successoruz, Reguz, Principuz, & Comituz nomine eos designat, quasi voce
 Comituz, se se Comituz Aragonensuz hic profiteri vovuerit, arguit Blancas paruz
 attendisse ad veteres scribendi modus librarioruz, qui non raro diplomata Regia
 simili orationis genere concludere soliti erant, duo autem hic apponaz ex-
 empla, plura occurrunt, quibus antiqua monumenta evolvere volupe erit. Gai-
 bauz lib. 22. c. 19. tabular exhibuit Garthia Tremuli Regis, quae formular donati-
 ab eo Rege Sanctij Emilianij cenobioz, era. 1035. Alensonij annis prescriptaz
 gerunt, in fine autem earuz, haec verba sub nomine Regis posita sunt. Si quis vero
 Reguz, vel Comituz, aut Principuz, vel quilibet ex genere nostro, seu quilibet surrogata
 persona in aliquo, donationez nostraz dirumpere tentaverit. Uly. Rex Sanctus
 Maior apud Sandov. cat. Epist. Pomp. fol. 33. in Tabulis illis, quibus Sancti Sebastiani
 Monasteriuz in Episcopa Siaz, Legationibus fratibus era. 1052. largitur. Siquis tamen inquit
 ex Successoribus nostris, qd fieri minime credimus Episcopus, Rex, Comes, Vicecomes, Principes
 vel alia. Uly. = Ferdinandus. 1. Castellae Rex proprio diplomate in usus Monasterij Arla-
 ce, era. 1100. exarato apud Ant. Teper. in Append. tomo. 1. n. 31. De modo ergo si
 quod absit) aliquis homo de quavis progenie Rex, aut Comes, vel aliqua potestas
 vel aliqua persona hominum volluerit diffacere hoc nostruz Testamentuz, Uly.
 Alfonsus Ferdinandus filij, alio Diplomate Ara. 1016. quo fines Oxoniensij &
 Nuxensij dioceseon declarantur, teste Garthia Loaysa noty in vetera

D. Arnar el ~~primero~~ deste
 nombre, conde de Aragon
 fue her. del Conde Sancho
 Sanchez.

D. Arnar el 2.º deste nombre

D. Urraca Reyna de Navarra
 muger de D. Garci Iniguez
 2. dole nombre y septimo
 Rey de Navarra hija de Sacho
 Sanchez Conde de Barcelona
 Sobrina g no hija del conde
 D. Arnan


Hispania Conalia. Si quis Archiepiscopus, Episcopus, Rex, Comes, Princeps, aut aliqua
 potestas, seu quilibet ecclesiastica secularis ve persona, definitionis huius paginae
 obstinaci audacia violare, vel in aliquo infirmare tentaverit. Ut
 Coeterus Theudaz Aragoniaz, Bernardo Ripacursiensi Comiti nuptaz, quas
 Gathe Galindo natus credit. Quia ut in familia potius Aragonaz ponerem
 efficit, temporis ratio, quia ipsas nulli alij Comiti Aragonensi, ppter quas
 Arnanis ascribi patitur. Urracaz autem Garci Enrici Pompelonensis
 Regis vxores, quas pariter Aragonius Comitibus gerere ut, fuisse tradidit
 Beutgerus, Sanchi Gasconie Comitis, Arnanis fratris filiaz fuisse suspicari, inde qz
 Sanchi nomen in Familia Pompelonensium Regum inbecutus. Tutus deniqz
 Sanchi Garci, i. huius nominis Pompelonensis Regis vxores, Arnanis, i.
 patris habuisse, e Patronymio Arnanis in veteris tabulis ipsi alicubi conijci
 alibi monuit

Appendix Stemmatum Regis Navarra. De Insignibus Regum genti
 litijs = Caput - 16

Garci Ximenis Regi rubrae parram, symbolico icone. Quia, inqz, fuisse
 a nonnullis et prodituz. Alijs tamen placet Quercus sive ilicez, incubante summo
 fastigio Cruce, ab ipso cum Mauris pugnant in Aore, felix instantis victoris omine.
 villaz, ilico pro simbolo Militari acceptaz = Cunctoqz vero Reges obtentu
 Auste, cognominis sibi a populo imposti, Austis Suti gentilitij solaz inlevisse,
 posteaqz ex pau miraculo alterius Cruce, a se contra Christiani nominis hoste, dimi
 cant, in aere conspectae, argenteaz Cruces in dextra Suti parte additaz = Sanchi
 us deniqz Garci huius nominis puzuz, cognomento Abarqz, (qz ipsi a calceamēt
 genere, a se in militari expeditionibz usurpab, accesserat) alludentes binaz Abarqz
 Austis adiecit. Enimvero cum hec magis ex vulgi sermone, varijs recentioruz quo
 rundaz scriptoruz fraudationibus excitata, quas ex veritate, aut certa aliqua demoy
 stratione pendcant, patvi facienda sunt. Tametsi ea, quae de pueru, ilice, aut alia
 haud dissimili arbore in Sautis, seu signis puzorum Regum impressa Navarra solent
 probare videntur vetusti Nummi Aragonie Regum, apud Hieronymum Blancuz
 in comment. rei. Arag. & Franciscuz Arnanis, in historia civitatis Oscentis, huius
 modi Arboris imagines insculptas preferentes, illud potio pro certo ponere non vere
 bor. At hec insignia symbolica, tarde admoduz, nec nisi regnante in Navarra,
 Sanchi huius nominis ultimo, diplomatum Regis apponi cepisse. Superioribus
 enim Regibus sola Cruce figura, in calce tabularum delineata, ob signare moris
 erat. initio vero illaruz, non raro prefigebatur hec nota, quae Cruce signo, &
 duabus Graecis litteris X. P. S. quibus Xpi nomen compendiatu scribi solet) compo
 sita. Christus Cruce imposituz designabat. illi autem notae interdum adicieban
 tur initials, A. & finalis, Q. Alphabeti litterae, a beato Ioanne in Apocalypsi
 Churb, ut ipse verus omnium initium & finis esse significaret, attributa
 Primus itaqz Sanchus ultimus symbolus huius Militare, Aquilaz scilicet surbaz
 expansis Alis & argenteo rostris, diplomatum ab se scriptis appinxit, quem
 admoduz in Vazylous Castellanaz Regis Theobaldi in Tabulario Regio



Pompelonensi existentis, observabimus. Veteris tamen symboli species. post anno aliquot à Sancto. occasione insignis Victoris à Mauris in eo loco. qui vulgo Nabay de Tolosa nuncupatur, reportatus immutatus esse. in quo eius locus successisse effigiem Catenarum ferrearum, quibus Meramamolini Regis Mauri Pectoribus circumvallentes, Sanctus fortiter pugnauerat atque perfrugerat. veteris opinio iam usque ab Avorum nostrorum ducta, memoria Navarrae oplevit. quas tamen ut pro incerta habeamus. duobus potissimum impellor rationibus. Primus figura ipsa Symboli seu Insignis. quibus Navarrae Reges à Sancto ultimo. ad nostra usque tempora usi sunt. quae nullas cum catenis habet similitudinis affinitates. si ubi enim illa insignia Catenarum specie adumbrata sunt, id à quinquaginta vixit annis. sola auctoritate aut consilio recentiorum Historicorum factus. cuiuslibet accuratius causas. huius rei rimantis facile innoteret. At vera earum Insignis effigies. haec ipsa est. quas huc incidendas curavimus. ita enim expressa concipiuntur. non in infinitis tantis Sigillis. ac Nummis Diversorum Regum. sed etiam in speculaibus Basilicae Primarii templi Parisiensis, Virgini matris Jacobi. quae alter utrius de Theobaldis. vel Henrici Regum temporibus picta fuisse. annexa Navarrae Campanis insignia significant. ab hac autem forma nihil discrepant eorundem Insignis imagines. quae Lutetiae in Collegio Navarico. ac in Coenobio Carthusianorum. in Cippo Petri Navari. Comitum Moretonis; ac item quae in Castro Palenti. Principatus Bearnensis. in Ecclesia Premonstratensium Fratrum Scalae Dei in Begemonibus. & in compluviis Navarrae. tam anterioris quam ulterioris locis. vel lapidibus insculptis. vel in parietibus ac in vitreis fenestris depictae praesentant. Deinde si auctoritatibus certandum est. solus inter superioris memoriae scriptores. pro Catenis illis. pugnat Carolus Navarrae Princeps. qui ducentis tantummodo annis aetate nostras antecessit. Pro contraria vero sententia alij longe plures & antiquiores. qui ex professo de re Heraldica. sive de Regum. Principum aliorum Nobilibus Insignis scripserunt. Hi enim omnes constanti concordia Scutum gentilitium Navarrae Regum. non Catenis. sed Carbunculo radiato aureo. sphaerulis interiectis instruunt. additis Umbilico patino. Veteris libri. M.S. membraceus Bibliothecae illustissimi Renati. longolij Dermaysos in Suprema Vectigalium Curia Parisiensis Praesidis. Le Roy de Navarre porte de laquelle à une Escarboucle. fleur d'or. & le seur de synople. id est Rex Navarrae gestat pro insignibus. in equo ferreo Carbunculo. globulis duobus. aureis corde prasino. Auctori alterius libri. M.S. Carolo. s. Francorum Rege (ut ex ipso colligitur) elaborati. quae Scyrolle & Ludovici Sammartanorum fratrum geminorum nostrae historiae Syderum. Bibliotheca nobis suppeditavit. Le Roy de Navarre de laquelle à une Escarboucle de or. pometee s'hermee & perchee. Navarrae Rex. inquit Cocineas gestat aureas. in eaq Carbunculo aureo. bullatus. lineis Orlogonis clausus. Idem utriusque verbi legitur in alio libro minori vetustatis. alterius Ludovici Sammartani. in Curia Praefectorum Militum Galliae Propetibus. Atq in alio quoque Hectoris Britanni primarii Christianissimi Regis Ludovici. s. Jacobi. seu Regis Armorum. ut vocant. paulo plenius in hac parte est Commentarius Gentilitiorum Insignis. quod nobis communicarunt.



142
 totius antiquitatis & bonarum litterarum vindices. Petrus & Jacobus
 Puteani fratres. anno 1380. ut ibidem annotatum est. composuerunt. sic enim fol. 170.
 illius scriptum estat. Le Roy de Navarre l'escartelé de gueulles a l'escarboucle
 d'or promete & parti de synople en la moyenne en guise d'Emeralde & lieu,
 (lege l'autre) de France a un baston compone de Argent & de gueules. Hoc est
 Navaræ Regis Scutus quadripartitus. altera pars phœnicea. Carbunculo auro
 Sphæculis distincto impressa. in Medietate præsigno Smaragdi specie secta. Alte
 ra Fræica baculo symbolico argenteo & coccino intersito. obliquè incubante. Hoc
 scriptores sequuti sunt alij superioris. & istius nostri sæculi. præcipue vero Joannes
 Veronius. & Hieronimus Barra. et novissime Joannes Jacobus Chifflethius vir
 eruditus Philippi 4. Hispaniæ Regis Catholici Archiatrus. sic enim ille in eo
 libro. que de Insignibus Gentilitis Equitum Ordinis Velleis Auri scripsit. n. 57.
 Joannis Aragoniæ & Navaræ Regis. qui in illorum Equitum numeris anno.
 1461. cooptatus fuerat) Insignia describit. Scutum quadripartitum. primo & quan
 to. quadrans Aragonicus. secundo & tertio Coccineus Carbunulo lineari clauso
 & Sphæculis discreto. Aureo impressus.


Carolo autem Principi an errorem præbuerint, nescio hæc Gaspar Cuguij in Sancti vita
 verba. Este Rey Don Sancho gano alli las Cadenas, y tiendas que son oy en
 Navarra. Quibus verbis hic autor Catenas & Sanctio. non pro Symbolo Militari
 assumptas. sed in varijs Navaræ Templis visitas. & in Anat hematum modus
 appensas. (sicuti hodie conspiciuntur) indicare voluit. Pignora in hoc Carolus
 errore ductus fuisse palam est, quod prætor Catenas. Navaræ insignibus Aristof
 inesse credidit. que tamen nusquam apparent. Eius verba lib. 2. c. 16. sunt. El
 Rey de Navarra tomo el diez Cadenado. de los Camellos e las Tiendas e conquito
 las Cadenas por Armas, e asentolas sobre las Aiestas. con un Punto en medio de
 sinople.

De Smaragdo. qui Arce Insignis Navaricorum Umbilicus occupat. ipsum de
 Manubys. pugio ad Navas Tolosæ factus. Paris. ad Sanctius pervenisse asseruit
 Author Chronici contracti Navaræ Regis. qui Carolus 5. Cesar in Navarra
 imperante souebat. in eadem fuisse sententia Argothus a Molina. libro de
 Nobilitate Andalucis. & alij ferè omnes. Si Marcus Antonius Muretus exi
 pias. hic enim in oratione ad Puz. 4. Pontifices Maximus. postidie idus De
 cembus. anno. 1560. pro Antonio Rege Navaræ habita. ideo Smaragduj a
 Sancto Insignibus suis adiectus fuisse narrat. ut esset monumentum Maxi
 Regis. Smaragdi nomine. ab ipso eo Pugio ad Navas Tolosæ commisso interfecto.
 Sulpebatur autem hic Smaragduj principio globosa & rotunda figura. Pos
 tea vero eius forma variari cepit. & modo in quadrangulaz, modo in alias
 minus visitatas (quales subiectis Schematibus effinximus conformari —
 Mascula Prole Navaræ Regis in Sanctio ultimo consumpta. ius Regni fe
 minea Shirpe. ad Principes Gallos. Primo scilicet ad Comites Campanias

El Principe D. Carlos
 trata de las Cadenas



Deinde ad Reges Francorum ad Comites Ebroicensis, & tandem ad Comites Fuxa
Sei devolutum est, quibus in Gallia fere semper consistentibus, & in magnis rebus
occupatis, missi sunt in Navarraz Rectores, qui tam Regis imperio Seneschallorum
aut Gubernatorum titulo administrarent. Ut



Libor Tertius

Notitia

Utiusq; Vasconia liber tertius. = in quo speciatim de Vasconibus Aquitanicus agitur

Quo tempore ex Hispania in Aquitaniam migrarint Vascones de plurimis excursionibus ab ipsis in agrum Aquitanicum factis. Et de varijs ex eo illorum, cum Francis dimicationibus

Caput. 1.

Vascones etiam ultra Pyneum in Hispania sedes habuisse, primo istius operis libro dixi, neq; de eo ulla inter doctos controversia est. Sed quo tempore inde in Aquitaniam migraverint diffidiles hac questio habet explanationes. Josephus Scaliger lib. 2. Auson. lection. c. 6. Cantabros ait & Vascones, qui antea ultra Pyneum in Hispania erant, a Messala victos, penetrab; Pyneos, sedes ibi prouisse, ubi Tarbelli sunt, in quo tamen coniectura aberrare summus virus, inde liquet, q; Strabo Ptolomeus, & Plinius. Messala etate posterior, utramq; gentem Vascones & Cantabros in Hispania, non autem in Aquitania collocant, neq; ullus postea auctor extat, qui alicuius bellum Messala adversus illas gentes q; meminuit. Tibullus elegia. 8. lib. 1. triumphos a Messana & Aquitanis victis achis, celebra se. De Vasconibus tamen & Cantabris, nullus ibi verbus extare fatebitur, qui quis elegiaz illas perlegerit. Nihilominus sanior eorum opinio est, qui Pompeius narrat, cum Vascones in Hispania bello superasset, novos motus ab inquietis & indomito populo veritum, solum mutare, & in eas Aquitanias partes secedere eos coegisse, ubi nunc Convenas habitant, indeq; urbi Convenas nomen datus. Nam hac quoq; sententia cum nullius scriptoris, Isidoro Hispalensi antiquioris, testimonio fulciatur, & veteres eque Geographos habeat adversos (qui similiter post Pompeij tempora Vascones in Iberia statuunt, nec ullus istius nominis populus in Aquitania agnoscunt) pari cum priorum facilitate convellitur. Aquitanias autem gentes, Convenas, non a Vasconibus ut credit Isidorus sed a Vectonibus, Aebacis & Celtibus, Hispanie Citerioris populis, genus duxisse, docuit nos D. Hieronimus lib. adversus Vigilantius. c. 2. in quo de Hærenarcha illo sic profert. Nimirum respondet generi suo, ut qui & latinos & Convenarum natus et femine, quos Cælius Pompeius edomita Hispania, & ad triumphum reddere festinans, de Pinnæi iugis secessit, & in unum oppidum congregavit, unde & Convenarum urbi nomen accepit. Illic usq; latrocinetur contra Ecclesias Dei, & de Vectonibus, Aebacis, Celtibusq; decedens, incurset Galliarum ecclesias, portetq; nequaguarum vexillum Christi, sed in igne diaboli, lth. Equidem ad Gratiani usq; imperatoris tempora, Vascones proprijs finibus se continuisse, eamq; Aquitanias partes, quæ postea ab his occupata fuit a Tarbellis ipsis, veteribus illius oris incolis, habitatas fuisse, colligere ex Antonio Poeta licet, qui Gratiano imperante vixit, is enim epistola. 23. ad Paulinum.

Patia de Vigilantio
Hærenarcha. signum
S. Gerónimo —

Marco Maximo in su
Chronicon. Vigilantius
Hærenius, Calaguritanus
ex Gallia, sic Barcinon
enses viciat Ecclesias
ubi presbiter fuit, &
Ecclesias alias Hispanie
contra quos scribit. S.
Hieronimus —

2 Dice R. law on his notes
 At Calagurris in Hispania
 est. ut igitur Vigilantius ex
 Gallia? nodum non admodum
 cordis similem D. Hieronim
 solvit. adversus eundem Vigila
 tius. Gallum enim fuisse dicitur
 verbis ait. Sola Gallia monstra no
 habuit. Exortus est subis Vigi
 lantius. sive veius Dormitantius
 & mox. iste Caupo Calagurrita
 nus. et in peruersam propter
 nomen vianti. multu Quintilian?
 miset aquas vino. & de artificio
 pristino sui venena per fidie cap
 luy fidei sociare conatur. itaq
 homo genere & genere Gallus
 Vigilantius. tamen Municeps
 Calagurritanus ibi Caupnas
 exercuit

Calagurri Vasconis vite. ut putabat commemorantes scribens Pirineo saltui qua Gallia
 as spectat Tarbelliorum Regionem statim subiicit his verbis
 Et quando iste meas impellet nuntius aures.
 Ecce tuus Paulinus adest. iam ninguida lingu
 oppida Hiberorum. Tarbellica iam tenet arbor,
 Ebromagi iam tecta subit.

Udes epistola. et ad eundem Paulinum scripta. Vasconq. alia Regione. ab Aqu
 tanis. situ & moribus longe diversa. in Iberia scilicet constitisse. significat hu
 versibus

Veris h Pauline tuos dulcissime mores,
 Vasconis hoc saltus & ninguida Pirineo?
 Hospitia. et nostri facit hoc oblibia celi,
 imprecet ex morato. quid non tibi habeuica Tellus?

Et Paulini ipsius Avonio describentis. proxima Carmina, eundem populus
 id temporis in Iberia habitasse. clarius etiam ostendunt

quid tu mihi vobis
 Vasconis saltus & ninguida Pirinei
 obijis Hospitia? in pumo quasi limine fixus
 Hispanie Regionis agam!

Part Gratiani vero ~~tempore~~ mores inclinatos. et ad interitum incumbere Roma
 norum in Gallia atq Hispania imperio. & Pirenaica ^{partem} regione ab Alanis.
 Vandalis. Sueris. alijsq barbaris nationib' vastata. qui biennio ante captas Ro
 maz a Helicone excitati. transmisso Rheno. Gallias iruperant. & Pyreneis usq
 progressi. eiusq obice aliquandiu cepti in vicinas regiones se effuderant. ut
 testatur Orosius. non difficile fuit Vasconibus bellicose. & proferendous finius suos.
 cupidoq genti. montano illo tractu. qui Pyreneis ad Gallias subiacet. armis potui
 quatenus aures eo impetu processerint egre qui destinerunt; quid enim certi dici
 vel a fove possit in re adeo caliginosa & vetustate nimia pene deleta? Conijcere
 tamen licet preter eas regiones. quas hodierni Vasci incolunt. Montana quoq
 Bearnensis Principatus. nec non Bigemonius Comitatus loca. in Vasconum quibus
 incremento fuisse; cui argumento adsunt crebra toto illo tractu. veterum stru
 tigia. in edifijs montib' sibi invicem adversis. conspicua & tali ordine disposita. et
 ignib' quoq sublati. siquz ubi quid molirentur hostes momento tempore accipi pos
 set. Planas vero regiones. una cum oppidis munitis. quorum precipua in illo Mon
 tibus confinis fuere. Capurdus (quz nunc Bayona) Beneatus. a quo nomen Be
 arnensi Principatus accessit. Bigorra & Comera (nunc sanctus Berhardus)
 in Francorum nihilominus Regum potestate fuisse. ex varijs Gregorij Turonensis
 locis facile est intellectu. unde cum tam angustis asperis & infecundis regionis fa
 cultatib' numerosa & valida Vasconum gens sustentari minus posset. frequen
 ter in agris Novenpopularium Francorum imperio obnoxius. excursionses fa
 cere cogebantur; testatur illud Venantius Fortunatus lib. 10. c. 22. Vbi

Galactorio Burdegalensi Comiti Dignitates Duas deprecatus, causas hanc subijcit
Cantaber ut timeat, Vasco vagus arma timeat

atq; Pyreneæ deserta Alps opom =

Gregorius Turonensis
de Vasconibus
Joannes de laet de
Francorum Regis Domi
nij & opibus. in titulo
Vascones.

Paulus Menula in Cos
mographia. 2. p. lib. 2.
c. 13. & 33. latissime de
Vasconia & Vasconibus.

Idipsum confirmat Gregorius Turonensis lib. 9. c. 7. his verbis. Vascones vero montibus
prorumpentes, in plana descendunt, vineas, agrosq; depopulantes, domos tridentes in
cendio, nonnullos abducentes, captivos cum pecoribus, contra quos sepius Astobaldus Dux
processit, sed parvas ultiones exerauit ab eis. Itaque Anse Astobaldus, bellus contra Vas
cones commoverat auspicijs Chilpericij. 1. Regis. Bladaster Dux, circa annus Xxi
881. sed nulla in eo, ve memorabili gesta, ipse nihilominus, vitas & maximos exer
cibus sui partes amiserat, testib; eodem Gregorio lib. 6. c. 12. Et Hedegario in hist.
Francor; Epitomata. c. 87. Eventus tandem provabit strenuus & magnanimus popu
lus, non nisi Regijs armis vinci posse, itaq; circa annus. 607. a Theoderico. & Theode
berto Regibus qui, vicis acie Clotario, in portioni Gallie parte, maximè in Aquitania
vires potiebantur, eorum imperium perferre, tributa pendere, & Ducez nomine Genia
lez accipere cogitur, vt narrat idem Hedegarius. c. 21. Chronici. q; iussu Childebrandi
Comitis, Pipini Regis patris, edidit. Non tamen diu in officio mansere Vascones,
sed circa annus. 627. consilio Senoci Eufani Episcopi, ipsiusq; patris Belladij. à
Clotario Rege defficiunt, ut ex eodem Hedegario. c. 54. illius Chronici colligere licet.
Anno vero. 632. à Chariberto, Dagoberti fratre, Aquitanie Regi, iterum domiti, &
in ordinez reddacti sunt, sed mortuo, paulo post, Chariberto, cuius anno. 636. spreto
Dagoberti imperio rapinis & arduis direptionib; vicinaz regionez infestarent.
Dagobertus, collecto è Burgundionibus exercitu copiosissimo, eosq; lectissimis tri
butis atq; militib; instructo, Chaduinus strenuissimus & rei militaris peritissimus
Ducez, illis proficit, qui Vascones durissimo bello persequitur, eorumq; agris vastatis,
ædificijs incendijs, ad pugnaz aliat, quod illi tametsi principio alacriter inissent, postea
cum se numero longe impares, eoz vincendos comerent, pugna discedere, & in tutissima
rupiuz propugnacula se recipere coacti sunt, indeq; paucis studio fidez & obsequijs Da
goberto pliceri: nec inveniunt tamen hæc victoria fuit, siquidem Arimberth; unus
è Ducibus Dagoberti, cuius parte exercitus non modica, in Valle Subola (quæ hodie sola
est) à Vasconib; oppressus interijt.

Ex his Vasconum frequentib; incursionib; & assiduis direptionib; in socios Franci nomi
nis, vsurpatis, occasiones Francij sumptas esse credidimus, eaz gentez latrocinij in fa
mandi, q; tamen, si ab eis veteri potius instituto, atq; exemplo duaruz nobilissima
euz nationuz, quaz aliqua pravitate animi, aut insita à natura in vitia propen
sione, actus docere possuz, facile, ni fallor, sane maculas ab inimica olim gente, illi
populo iniustas eluero. Huiusmodi igitur vastationes & direptiones militares, à iunio
rib; præsertim, extra Patris fines factas, apud Hispanos & Germanos, in quotidiano
vitu fuisse, & in glorijs potius, quaz in cæmen versat, docent Diódorus Siculus, Cesar.
& Tacitus, diod. lib. 5. Bibliothecæ, ex interpretatione Laurentij Rodomani, Peculiare
(inquit) quippias Uevis, & maxime Tusitanis in usu est. Nam qui fluida inior
illos, ætate rei familiaris inopia maxime premuntur, robore tamen corporis,

4
& fiducia præstant fortitudinis, & armorum viatico instructi, in asperis montibus congregantur validisq; collectis stragminibus, & bellas incursum, prædando divitiarum, comadunt & hoc perpetuo magno periculis contemptu facitant, cum enim levi armatura utantur, agiles sint corpore, & veloces, non facile ab alijs expugnari possunt. Difficultas equidem locorum & asperitudo illa, patria ipsi habetur. De Germanis vero sic Coesar lib. 6. de Bello Galico. c. 23. Taciturnia nullas habent infamias, quæ extra fines civitatis sunt, atq; ea iuventibus exerceant, ac deinde minuendæ causa fieri prædicant, atq; ubi quis ex Principibus in consilio se dixit Ducez fore, ut qui sequi velint proficiantur, consurgunt ij qui & causas & homines probant, suorum auxilium pollicentur atq; ab multitudine collaudantur; qui ex his secuti non sunt in desertorum ac proditorum numero ducuntur, omniumq; verus ijs postea fides abrogatur. Tacitus lib. 8. de Moribus Germanorum. Materiam munificentis per bella & raptus, nec arare terras, aut spectare annus tam facile persuasent, quos vocare hostes, & vulnera invenire, pigrum quoniam imo & iners videtur sudore acquirere, quod passim sanguine parace.

De Regione Novempopulania à Vasconibus occupata
& de tempore huius occupationis. cap. 2

Post Dagoberti mortem, quemadmodum se erga posteriores Francorum Reges Pipinus usq; gesserint Vascones, nullus veterum scriptor memoris tradidit, nisi qd; haud quaquam eos in fide illorum mansisse. c. 78. chronica monuit Fredegarius; imo pugnacius prædandi & alienos fines invadendi morez, maiori etiam quaz antea comati. repetisse, inde probatur. Quod regnante Pipino universas Novempopulaniaz, & quidquid terrarum, à Pyrenæis montibus, ad fluvium usq; Garunnae protenditur, Vascones veluti proprias sedes placide & tranquile possidisse, ex Fredegario et alijs illius seculi scriptoribus, colligitur. Unde etiam Gasconis nomen illi Provinciae indituz littera. U. in G. mutata (ut in plerisq; alijs nominibus accidit) conceditur ab indigenis scriptoribus. Josepho Scaligero, in notitia Gallie. Belleforneto lib. 3. c. 43. Deceptus quatuor vrbis partibus & Scipione duplici Historico Rege in comment. rerum Gallicarum lib. 4. c. 16. & in Annalibus in vita Clotarii. 4. idem etiam sensu Burdigalensis scilicet deus eximius Elias Vinetus santo, cuius verba e commentario in Epist. 28. Ausonii. n. 493. hic ad se habere non pigebit. Vasconum autem nomen aduc retinuerunt in Pyrenæo circa Garunnae Tarbellorum urbes, quos Vascos vocamus, lingua & maioribus à Gallis & Hispanis discrepantes. Cæterum quos veteri scriptores Strabo, Plinius, Ptolemaeus descripserunt Vascones, eorum fines in eorum Pyrenæo latius patuerunt, ut qui nunc Guipusqui & Navarri appellantur, olim Vascones fuisse videantur, idem Gascones, ut idem sunt Guilhelmus & Uuilhelmus apud nos Galerius & Valerius, Garro & Vardo: verum qui dicuntur in Aquitania Gascones, hi sic sunt dicti à Pyrenæis illis Vasconibus, qui saltus suos aliquando egressi, circiter annis à Christo natis. 590. ut ex Gregorio Turonensis libro nono rerum francorum colligere mihi videor, in media Aquitania consederunt, que ab ipsis Gasconia et cognominata est. De tempore autem quo primus Novempopulanie possessiones usurparunt Vascones, varia sunt doctorum coniectura, idem Scaliger in notitia Gallie, hunc populum ait.

a Pipino primo, deinde a Ludovico Pro videlicet & in plana Novem populania dictionem
illi Regioni nomen dedisse, sed quo auctore id confirmat vir doctus. Fredegarius & alij vetu-
ti scriptores. Vascones sub Uuifray Aquitanis duas signis militantes a Pipino domitos
& in fides receptos fuisse testantur. Nemo tamen Sactenus dixit. ipsi devictis eaz regio-
nez colendas a Pipino concessas fuisse. que ipsi etiam victoribus. aut de Rege optime me-
ritis. Summi p[ri]mi loco esse potuissent. Fredegarij verba ad annus. 767. sunt. Prædictus
Rex Pipinus usq[ue] ad Garonaz accessit, ibi Vascones qui ultra Garonaz commorantur
ad eius p[re]sentias venerunt. & Sacramenta & obides prædicti Regi donant. ut semper
fideles partibus Regis. ac filiis suis Carolo. & Carlomano omni tempore esse debeant.
Et alij multe quam plures ex parte Uuifray ad euz venientes. & se ditioni suæ subdide-
runt. Rex vero Pipinus benigniter eos in suas ditiones recepit. His autem verbis
Vascones qui ultra Garonaz commorantur, innuere videtur Fredegarius, iam tunc
hunc populuz Novempopulaniaz. que Garumna fluvio terminatur, incoluisse.
q[uo]d omni ratione confirmatur testimonio auctoris vetusti vitæ Ludovici Pij. qui Ca-
roli Magni res gestas recensens. & in Garunne mentionem delapsus. hunc fluvium
Aquitanorum & Vasconuz conteminus fuisse enuntiat. Vetus membrana ecclesie
primariæ Auscensis. ab eiusdem sacerdote circa annus. 1100. scripta Clodoveij p[ri]mi
huius nominis Regis temporibus. Vascones. relicti Montibus Aquitaniaz invasisse.
& interemptis quos in ea Provincia statuerat Clodoveus. Comitibus & vicecomi-
tibus, alios in eorum locis suffecisse dicitur. Etiam vero Vinetuz loco supra citato.
circa annus Christi. 950. hoc contigisse arbitratur; sed in designatione temporis. neq[ue]
Sacerdotis illius testimonium verum. neq[ue] coniectura Vineti certa est. siquidem paulo post.
regnante nempe Dagoberto. Vascones Pyrenæicaz Regionez adhuc tenuisse. nec dum
in plana immigrasse ex veteris antiquorum scriptorum locis constat. quorum duo aut tria hæc
a foras insigniora. Alterus est Fredegarij Chronico. aliud ex auctore vitæ sancti Amandi.
illorum temporuz æquali. Tertius ex Theodoro Hispalensi. Fredegarius. c. 73. Anno. 14.
Regni Dagoberti. cum Vascones fortiter rebelarent. & multas prædas in Regno Francoruz
q[uo]d Chauderthuz tenuerat. facerent. Dagobertus de universo Regno Burgundiæ exerci-
tuz promoveri iubet. statuens eis caput exercitus nomine Chaduinuz referendariuz
ut. Et paulo post. in Vasconiaz euz exercitu perrexissent & tota Vasconiaz patria
ab exercitu Burgundiæ fuisset repleta. Vascones de inter montes raptè egressi ad
belluz properant. cumq[ue] præliare cepissent. ut eorum mos erat. terga vertentes. dum corne-
rent se esse superandos. in faucibus Vallis. Montis Pyrenæi latebras dantes. se lucis hu-
tissimis per rupes eiusdem Montis collocantes. latitaverunt. Exercitus post terga
eorum. cum Quibus insequens. plurimo numero captivorum. Vascones superab[er]at. seu de
ex his multitudine interfectis. omnes domus eorum incensas. pecunijs & reb[us] spoliavit.
Tandem Vascones oppressi seu perdomiti venias & pacem a supradictis Quibus peremer[unt]
promittunt se glorie & conspectui Dagoberti Regis p[re]sentaturos. & huc ditioni tra-
ditos. cuncta ab eodem iniuncta impleturos. felicitate de exercitibus absq[ue] vlla læsione.
ad patria fuerunt repediti. Sed Adimbertus Rex maximus cum Jernicibus & nobi-
lioribus exercitus sui per negligentiaz a Vasconibus in Valle Sobola fuit interfectus.
Uti - Vallis Sobola. cuius hoc loco meminit Fredegarius. & in qua partim
hoc belluz Vasconiaz gestuz fuit. ea est. que nunc contracte vocatur - Solva.

5 in Aduib' Montis Pyrinei Regione Vasconum Sita, illius enim pagi Dynastę Vicecomitę
Subolę dicuntur, in Veteri Cartulario Coenobij Sylve laze, Principatus Bearnenſis. Aucto-
ritę Sancti Amandi. Nec multo post. cum a fratrib' quos ob animarum curas per diversa
reliquerat loca. Rogaretur ut eorę presentia sua visitaret. & ut verbi sacri pabulo refecti
dignaretur; tandem pietę accepta peruenit ad eos, ac dicitur ab eis gentes quas
quas Vacceias appellavit antiquitas. que nunc vulgo nuncupatur Vasconia. nimis
errore deceptas. ita ut Augusti. vel omni errori dedita. idola etiam pro Deo coleret.
quę gens erga Pyneos saltu peraspera. atq; inaccessibilia diffusa erat. loca-
agilitate pugnandi frequenter fines occupabat. Francorū. Vir autę Dominus
Amandus. eorū miseratus errores enixę laborare cepit. ut eos a diaboli reuocaret
David - Thidous Hispanens. Dagsberis etale super lib. 9. Originuz. Hic inquit
de Vacceis. quos cum Vasconib' confundit. Pyneis uigis. per amplas montis habi-
tat' solitudines. ydes & Varones. quasi Vaccones. c. in S. litteras demutata. Sunt
etiam qui Vascones ab Eudone Aquitanie Duce accider. & in ea Regione ubi hodie
Gasconia est. collocatos haviolentur. non alio argumento. quas veteris monti men-
ti Cantabici. a Gaibaiō laudati. quod Eudonis genus a Cantabij ducit. cuius Vanitas
+ superiori libro a nobis et demosttrata. Auctor deniq; vitę Beati Iuliani Episcopi
pi Bearnenſis. ad Ebroini Maioris domus. etate hoc Vasconuz facinuz referre
videtur. quo tempore a Vasconib' ait. & ab alijs vicinis populis electus fuisse
Principes nomine Lupum. Francorū Regno valde inferius. Hic fozas et
Lupus Dux. qui paulo ante contra Ubambaz Gotfruz Reges. circa annuz 670.
Suppetias tulit. ut D. Iulianus Archiep. Tolet. in historia Vambę testatus reliq-
uit. Nec desunt. qui sive Eudon. sive alius Lupum Eudonis patres fuisse affir-
ment. alijs contra Eudonem. non Lupi. sed Bertrandi Aquitanie Ducis filius se
se pronuntiantib'. quę omnia veluti incerta. & nullis subnix a fundamentis rejicere
tuhij duco. cum id tantummodo pro certo statui posse iudicet. postimoruz primos
Istipij Reguz temporibus. bellicosa illa Clodovei undole exolescente Negibuz ipsi Reg-
ni cura Maioribus Palatij delegata. Secordiq; semet luxurięq; mancipantib'. interiore
ad hęc Gallia intestinis bellis factione eoruz qui summę Regni. Maioraty Palatij
titulo affectabant. vexata. dum demuz redundantes Vasconuz soboles. captata
oportunitate se se in Novempopulanie ~~colis~~ vberę agruz effudisse. ibiq; sede-
fuisse. Prefectis Regis. qui Provincie pregerant. ad resistenduz & ad tantas gen-
tes illis finib' arcendas paruz idoneis. vel fozas factuz ideo distimulantib'. q; ipi
quoz in ea totuz Francicaruz perturbacione. Prefectura suaz veluti propriaz in per-
petuuz retinere studerent. Cuius rei non leve argumentuz est q; Eudo. eiusq; poste-
ri. Hunaldus. & Vaisarius Aquitanie Duces. in tot gravissimis bellis. que cum Ca-
rolo Martello. Pipino & Carolo Magno gerere. non alio fore milite quas Vascones
vsi sunt. eiusq; gentis Procerib'. pauptas sui Principatus Civitates. atq; Acces tuenduz
ac propugnanduz permisso. ut ex Hedegarij Apendice & prisus Annalib' Francorū
a P. Pithoueo. Marquardo Trehero. & Andrea Duquesnio editis constat. Maiores au-
segnatu Vasconuz in Pirinaica Regione mansisse. eoruz posteror esse illos populi.
qui hodie Vacci dicuntur. nemini in antiquoruz historioruz lectone versat. in
dubius verire posse existimo

Eudo & eius posteritas

Inter nomina Vasconum & Vasorum, nihil interesse potest declinandi ratione libro
superiori dixi, id eo probatur, qd populi illi ad unum Pyrenaeum possunt, qui hodie eque
Hispanis ac Gallis Vascones dicuntur. Vascones olim audiebant. Vetus autem vitæ Ludovi-
ci Py. vniq; p̄cipue locis, illorum populorum meminit: & bella à Ludovico contra ipsos
facta commemorat; in quolibet autem eorum, non aliò quàm Vasconum nomine eos
appellat. P̄mo loco ad annus. 809. pertinet. & his verbis ab illo autore proponi-
tur. At succedente estate, accitu populi sui generali conventu (loquitur de Lu-
dovico Pio) vetuit eis nomines sibi delatum q̄ quodam Vasconum pars iam p̄des
in deditioes suscepta, nunc defectione medita in rebellionem assurgeret, ad quorum
reprimendas p̄vicaciaz ire publica auctoritate pertularet. Hanc Regis volunta-
tem omnes laudib; prosequuntur, nec talia in subditis contemnenda. Sed potius
severissime reseranda testantur. Motu igitur & disposito p̄ ut oportuit exer-
citu. Aquas villas pervenit, & ad se venirent qui infidelitatis inanimabantur
iussit, sed illi venire detrectantib; ad eorum vicinia devenit, curtaq; eorum sepo-
pulari manu militari permisit. Ad ultimum curtae quæ ad eos pertinere vice
dantur consumptis, ipsi supplices venerunt, & tandem veniam perditis omnibus
magno p̄o munere meruerunt. Cum Aquas vsq; (Tarbellicas intellige)
seu Augustas, quæ vbi hodie Aquis dicitur) Ludovicus processisse nec dux tamen ad
hostes pervenisse significet hic auctor, Consequens est, ut per Vascones, hic Vascones
intelligamus, non autem Gascones. Aquas enim Tarbellicas, in extremo Gasconie
Pyrenon versus sitas esse nemo nescit. Hanc autem vrbem p̄tergressis, statim occu-
rit Vastitania, seu Vaccorum Regio = Posterior loci alterius belli narratione
complectitur, anno. 816. à Ludovico contra eosdem Vascones, seu Vascones Pyrenai-
cos suscepti, hoc modo. Sed et Vasconum citim qui Pyrenæi iugi propinqua loca
incolunt, eodem tempore, iuxta genuinas consuetudines levitatis, à nobis omnino
desciverunt. Causa autem rebellionis fuit eo qd Sigurinus eorum Comes propter mo-
rum pravorum castigationes, quibus penè erat impotabilis, ab eorum p̄moit p̄la-
tione Imperator, qui tamen adeo sunt duabus expeditionib; edomiti, ut loco p̄ni-
tuerit eos incepti sui, deditioemq; magno expeterent voto. Vicissim quoq; vni-
versos Vascones, eos scilicet, qui tunc Gasconum, quos Vasconum nomine hoc seculo
dignoscantur, Vaccos (quæ vox à nomine Vaccæ vel Vaccæ corrupta videtur.)
fuisse nuncupatos, comperio, tam apud authores vitæ Sanchi Amandi, quos apud
Isidorum Hispanentem loci superioris capite recitatis. Theodorus quoq; Paccensis, anti-
quus scriptor, Vaccorum nomen pro Vasconibus usurpavit, ubi de Abderramane
Mauro Rege, ex Hispania in Gallias transmittente agit. Tum Abderraman
(inquit) multitudine sui exercitus repletas prospiciens terras Montana Vaccorum
sic euz duplici .c. legitur in MS. libro Collegij Navamici) dissecans & fessas
& plana p̄calcans terras Francorum inhis expeditat. Ut At Fedegariu

Ano
809

